

B. M. II 30.

h. 3. 9.

37

Lumine Gratiaë Fulgente!

DISSERTATIO INAUGUR
JURIDICA,

II R
1566

X 1876077

Sive

GLORIOSISSIMI R. R. DOMINI NOSTRI

JOSEPHI

CLEMENTISSIMI,

NUPERÆ

CAPITULATIONI

INSERTARUM

NOVITER ADDITIONUM

CONSIDERATIONES,

Quas,

Permissu

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

in Universitate Altdorfina,

pro

LICENTIA

Summos in Utroq; Jure Doctores Honores

& Privilegia obtinendi,

Placida Eruditorum Disquisitioni

D. XXIX. August. Anno MDCCXCII.

supponet

Ludovicus Gustavus Finckler,

Wertheimensis.





✻ ✻

ILLUSTRIS AC LIBERÆ
SACRI ROMANI IMPERII
REIPUBLICÆ NORIMBERGENSIS
SEPTEM-VIRIS
EMINENTISSIMIS,
NEC NON
SENATUI
INCLYTO
JUXTA AC PRVDENTISSIMO,
VERIS TAM PATRIÆ
QVAM LITERARUM PATRIBUS,
AC
COLUMINIBUS GENEROSIS,
NORICI COELI SIDERIBUS,
PATRII SOLI GLORIÆ AC SPLENDORI,
DIVINÆ JUSTITIÆ
VENERANDIS SACERDOTIBUS,
INNOCENTIÆ PRÆSIDIBUS,

LEGUM CUPIDÆ JUVENTUTIS
PROMOTORIBUS AC MÆCENATIBUS,
UBERRIMA QUÆVIS,
QVA TOGAM, QVA SAGUM,
DIGNÆ FELICITATIS
ATQVE GLORIÆ
AUGMENTA,
A PATRE LUMINUM,
ET QUÆ PORRO DEVOTUS CONCIPERE POTEST
ANIMUS,

OB

IN IMMERITUM COLLATAS GRATIAS,
SPARTAM SCILICET
SYNDICI ET ADVOCATI ORDINARII,
DEVOTE APPRECATUR,
INSIMULQUE,
IN SUBJECTISSIMI ET PERENNANTIS OBSEQVII
ARRHAM,
CONSIDERATIONES HAS INAUGU-
RALES JURIDICAS

SACRAS ESSE VULT

Ludovicus Gustavus Finckler.



In Nomine Domini Nostri JESU CHRISTI,
 ad omnia consilia, omnesq; actus feliciter progredi-
 mur: Per ipsum enim jura Imperii suscepimus.
l. 2. in pr. C. de Offic. Præf. Præt. Afric.

PRÆLOQUIUM.



Si Juri operam daturum nosse prius oportet, unde nomen Juri descendat, monente Ulpiano, l. 1. ff. de J. & J. ita Nobis, qui de Capitulationis novissimæ Additionibus recentioribus, Considerationibus his Academicis, pro ingenii viribus acturi sumus, vitio vertendum non erit, si in Nominis originem, antequam ulterius progrediamur, inquireamus.

Etsi verò vocabulum Capitulationis, utut terminatio sit Latina, peregrinæ originis esse videatur, debens fortassis natales suos Italis, à quibus sine dubio ad Gallos ac Germanos transiit, teste Limn. in annot. ad Capitul. proleg. sect. 1. attamen, quia Capitulationis vox hodiè apud latine loquentes passim invaluit, Schweder. Introduct. in Jus Publ. part. gen. c. 2. §. 9. non improbabiler à variis Capitulis sive Articulis, quibus constat, nomen Capitulationis; hæcq; capitula iterum à capitibus derivat Henr. Spelmann. in Gloss. ad verb. Capitulum, quod vel Constitutionum capita sive summas contineant, vel etiam à Capitibus, id est, primariis Regni, Ecclesiæ, vel Collegii proveniant. Denotant autem Capitula atq; Capitularia non solum legum ac canonum summas & articulos, sed etiam conventum capitum, id est primariorum Regni &c. ipsumq; locum, ubi Canoniorum Collegium v. g. convenit. Plura hanc in rem vid. apud Car. du Fresne in Gloss. & Henr. Spelmann. sub verb. Capitulum,

A

tulum,



tulum, nec non apud Octav. Ferrar. in Orig. Lingua Ital. vocab. Capitulo. Confer Conring. de Capitul. Cas. 8. 2.

Synonymicè in publicis monumentis subinde sub nomine der Kaiserlichen Obligation / des Kaiserlichen Contracts / der Kaiserlichen geschwornen Pactorum, item der Articuli indigitatur. Hinc ipse Ferdinandus I. in literis suis anno 1559. Capitulationem suam vocat eine hochbetheurte geschworne Obligation. Ulricus Württembergia Dux im Ausschreiben an alle Stände anno 1534. apud Hortleder. von den Ursachen des Teutschen Kriegs / lib. 3. c. 9. p. 864 appellat die Capitel, so Kayserl. Majestät in ihrer Wehlung zu der Röm. Königl. Cron gnädiglich verwilliget hat. Carpzovio dicitur Lex Regia Germanorum, ad Legis Regia ab Ulpian. in l. i. pr. ff. de Constit. Princip. ita appellata exemplum, sed minus propriè, cum per Legem Regiam potestas in Imperatores fuerit translata absolutè & infinite; Capitulatio verò eandem restringat, adeoq; non absolutum, sed certis limitibus definitum deferat Imperium, ut alias taceamus rationes, ob quas comparatio Legis Regia Romanorum cum Capitulatione hodierna parum similitudinis habet, de quibus vid. Schweder. dict. part. gen. c. 2. §. 10. Apud Aimoin. & Abbat. Urspergen. Leges Palatinæ nominantur, quæ nobis Capitulationes audiunt, teste Goldast. in Dedicat. Tom. III. Constit. Imp. §. Imperatori autem. Sed neminem sibi persuadere debere, notat Dn. Conring. cit. tract. 8. 4. quasi à Comitibus Palatinis leges quædam Regi electo præscriptæ fuerint, quæ inde Palatinarum nomen acceperint. Apud Sabinum in Histor. Elect. & Coronat. Caroli V. quæ exhibetur à Goldast. Polit. Imp. p. 1. pag. 130. & à Schardio Rer. Germ. tom. 2. p. 9. Albertus Archiepiscopus & Elector Moguntinus eam, formulam constituendi & regendi Imperii esse, censet.

De Origine Capitulationis, quo tempore scilicet in nostro Imperio cæperit, diversæ circumferuntur opiniones. Hortleder. apud Goldast. Polit. Imper. part. 12. disc. 2. p. 612. neminem, quæ
hos

hoc doceat, reperiri, attamen sub turbulento Henrici IV. imperio
 natam esse, putat. Arum. initium ad tempora Conradi I. re-
 fert. Tom. 4. Jur. Publ. disc. 4. Lehmann. in Chronico Spirensi
 lib. 4. c. 10. p. 300. certum non exprimit tempus, innuit tamen,
 eò tempore, quò Germano-Francum Imperium inclaruit, loco Ca-
 pitulationis juramentum in usu fuisse. Goldast. Capitulationem,
 cum imperio apud Germanos, unius ejusdemq; atatis esse, tradit,
 cui suffragatur quoq; Limn. in Proleg. ad Capit. sect. 3. n. 15. At-
 que hac sententia de origine Capitulationis, videlicet eam cum
 Republica nostra, imò quibusvis Regnis Germanicis, ejusdem esse
 atatis, incrementum verò, & aliam atq; aliam faciem pedetentim,
 & variis temporum intervallis, accepisse, verissima esse videtur
 Conring. in d. Dissert. de Capit. Cas. 6. 13. seq. aliisq; in locis,
 nec non Rachel. atq; Schweder. d. c. 2. §. 14. Perquam veri-
 simile enim est, si non semper, saltem ordinariè, Reges in obser-
 vantiam aliquam communem legum & consuetudinum recepta-
 rum creatos esse. Cum Carolo tamen V. in plurimas novas, easq; scri-
 ptura comprehensas leges ab Electoribus conventum est. Nam cum
 ipse magnis suis viribus metum incuteret, arctioribus solito viri-
 bus formidabilis ejus potentia videbatur frenanda, ne plus ultra
 tenderet, & Germaniæ libertati atram inferret noctem. Hinc &
 ipsi præscriptam Capitulationem, quæ præsentem formam, pri-
 mam plurimè esse dicunt. Placuit etiam deinceps utile exemplum
 in Successoribus, tametsi minus periculum immineret. vid. Iren. ad
 Burgold. p. 3. adj. disc. 11. p. 126. quæ igitur hodiè lucem vide-
 runt Capitulationes, sunt Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II.
 Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. & III. (quas singulari volu-
 mine eruditis commentariis illustravit Limn.) Ferdinandi IV.
 Leopoldi (ab eodem seorsim illustratæ tom. 2. addit. ad l. 1. c. 12.)
 & Josephi Romanorum Regis.

Ad rem autem accessuri describimus Capitulationem, cum
 Conring. cit. Dissertat. 6. 20. per Pactum seu Conven-

tionem, quâ Imperator, per Electorum suffragia designatus, ante coronationis solennia, certas sibi propositas condiciones acceptat, & de iis servandis juratò cavet, publicæ salutis conservandæ causâ. *Acrius quidem inter DD. controversatur, quid Capitulatio formaliter sit, num lex, an vero conventio. Lampadio p. 3. c. 2. n. 12. & Burgoldensi p. 3. disc. 6. §. 2. lex esse videtur. Sed quod pro lege haberi nequeat, facile deprehendet, qui naturam & indolem legis paulò penitius considerabit. Sancitur enim lex ab Imperantibus, qui majestatem habent, & subditos etiam invitos obligat. Ast Capitulatio à solis Electoribus hætenus concepta est, nec invitum Imperatorem, sed spontè eam acceptantem, vi factæ promissionis juratæ, quam ex libera voluntate præstat, obligat. Hinc in præmio omnium Capitulationum, à Carolo V. usq; ad hæc tempora, disertè scriptum legitur: **Das wir uns u. Geding: und Paets-weise vereiniget u.***

Forma proinde Capitulationis consistit in præscriptione, quæ fit à parte Electorum, nomine Imperii, & in acceptatione ac promissione juratâ electi Regis Romanorum.

Partes Capitulationis variæ sunt: Exordium quidem continet narrationem electionis factæ & acceptatæ, nec non confessionem electi, quod capitula, ab Electoribus proposita, libera voluntate, pacto inito, acceptaverit, & Electoribus ea se observaturum promiserit. Postmodum sequuntur ipsa capitula, de quibus conventum, subscriptio electi, & sigilli appositio.

Jus Capitulationis concipiendæ Electores quidem sibi hætenus privativè quoad alios Status asseruerunt; sed ceteri Imperii Ordines jam post Rudolph. II. obitum de hoc conquesti sunt. Quare in **Tract. Pac. Westphal.** obtinuerunt, ut impostèrùm perpetua & certa Capitulationis forma, consensu Ordinum, in Comitibus Imperii præscriberetur. Quid verò compositionem mutuam inter Electores,

Prin-

Principes, aliosq; Status haëcenus impediverit, ii optimè norunt, quibus harum rerum cura commissa fuerat, & est. De ea verò controversia plura hùc adferre, nostrarum partium non esse, lubenter agnoscimus. Interim, quid in electione Ferdinandi IV. & Leopoldi ratione Capitulationum inter Electores & ceteros Status actum & gestum fuerit, referunt Burgold. p. 3. disc. 5. n. 1. & Author der Grund-Feste/ p. 3. c. 3. scilicet monita quadam Capitulationibus inserenda, Principum & Statuum Legati Electoribus in vim suffragii exhibuerunt, ex quibus tamen varia, & ea, quæ attendi Principum maximè interfasset, sunt præterita; uti ex monitorum illorum collatione & Principum ac Statuum contra Capitulationem Leopoldinam interposita protestatione Burgoldens. d. l. asserit. An in novissima Gloriosissimi Nostrî Josephi Capitulatione observata fuerint, ut hâc vice excutiamus, nostri non est instituti, nec etiam propositi, hanc controversiam definire velle. Vid. post alios atq; haëcenus allegatos, Fritsch. in addit. ad Limn. lib. 1. c. 12. Textor. de rat. status German. c. 18. ubi & ea refert, quæ perpetuæ Capitulationi inserenda credit.

Scopum autem nostrum quod attinet, non integrum Capitulationis novissimæ Commentarium, ad materia dignitatem & amplitudinem, meditamur, quia nec temporis penuria, quâ premimur, nec spinosa rerum facies, nec virium nostrarum tenuitas hoc permittit: sed solummodò Additionum recentiorum, quæ in prioribus Regum & Imperatorum Capitulationibus non reperiuntur, Observationes, ex Jure Canonico, Civili, Publico, & Feudali, aliquatenus declaratas, loco Inauguralis Disputationis, disquisitioni publicæ supponere animum induximus nostrum. Quod DEVS benè vertat!

Tu vero B. L. sicubi Tibi non in omnibus satisfecerimus, Nobis haud gravatim veniam dabis, cum Nos homines, adeoq; ab erroribus haud immunes esse scias.

Sequitur ergò, cum DEO,

CONSIDERATIO I.

In *Articulo I.* Rex Romanorum Gloriosissimus Republicam Christianam & Apostolicam Sedem omnibus viribus defendere, nec non justitiam, pacem & concordiam colere promittit, nihilque novi continetur. Quare, hoc misso, ad *Articulum II.* progredimur, in quo *additio prima* sequentibus exhibetur verbis: Der gleichwol (Pax scilicet Monasteriensis & Osnabrugensis,) als viel zu Vortheil der Cron Frankreich darinn enthalten / wegen deß / von jetztbesagter Cron wider das Heil. Röm. Reich verübten Friedenbruchs / nunmehr zerfallen / und ferners nicht mehr verbündlich ist.

Nec immeritò Corona Galliae, propter foedum pacifragium Pacificationis Neomagensis & Armistitii Vicennalis, à beneficiis & commerciis Pacis Monasteriensis & Osnabrugensis excluditur. Qui enim fidem non præstat, eam sperare haud potest ac debet. *Bald. in c. un. de form. fidel. 2. F. 6. Pantfchmann. 1. quest. pract. 21. n. 3. De Pace Westphalica addendus Christ. Forstnerus, in Epistola de negotio Pac. Osnabrug. 1656. aliique plures, inprimis Author Historia Pacis Westphalicae, ut & Author Templi Pacis & Paciscentium, (quem ex allegatione paternorum Consiliorum p. 485. Jacobum Ottonem, Jct. & Consil. Inclytæ Reip. Ulmensis laudatissimum &c. colligere datur) Theatrum Europæum, Lundorp. Acta Publica, ut & Statera Belli & Pacis p. 1. pag. 10. & seq.*

CONSIDERATIO II.

Idem *Articulus II.* genuinam Instrumenti Pacis Westphalicae, tam quoad Ecclesiastica, quam Politica, explicationem, ne Statuum Imperii Jura in litem & controversiam facile trahantur, & ita inter diversæ Religionis Principes & Imperii Membra discordiarum semina spargantur, his verbis præcipit: Auch nicht zugestatten / daß an einigen Orten / von welchen das Instrumentum Pacis disponirt / in Ecclesiasticis & Politicis, sub quocunque præ-

prætextu , oder ungleicher Auslegung deſelben / dargegen
gehandelt ſwerde.

Jura Civilia de interpretatione legum id aſſerunt: Interpretari ejus
eſſe, cujus eſt condere legem. *l. non ambigit. 9. ff. de LL. l. ſi Imp. Maj.*
12. l. leges ſacratiff. 9. C. eod. tit. l. ex facto. 43. ibi, beneficia principalia.
ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. c. cum veniffent. 12. de jud. c. inter alia. 31.
de ſentent. excom. Dec. in c. 1. de offic. deleg. Hancq; interpretandi fa-
cultatem hodiernum Imperatori ſoli adſcribere nititur Weſenbec. ad
tit. C. de LL. n. 3. Aſt Hippol. à Lapide p. 82. ſolis Imperii Statibus
attribuit. Nos cum Sleidano in Comment. l. 1. p. 28. Imperatori &
Statibus ſimul competere affirmamus, reſponſo Ferdinandi II. innixi,
quod (referente Thom. Maulio Jcto, in Epist. ſive Diſcurſu. ad Sylveſtr.
zum Wynthal/ Iconiſmo Aquilæ ſue Romanæ, p. 301. adjuncto: ubi quæ-
ſtionem hanc ſuccinctè tractat, & ad eam Franc. Burckhard. de Auto-
nomia, l. 3. c. 37. allegat,) Legatis Circuli Franconici an. 1629. d. 28. Aug.
hunc in modum datum eſt: Es erinnern ſich Ihre Kaiſerl. Majeſtät/ daß
in denen jenigen Sachen/ da man neue Geſetze und Conſtitutiones auf-
richten wolle / dem im Reich Herkommen nach / ſolches auf gemeinen
Reichs-Verſammlungen conſtituirt werden ſolle. Hocque ſancitum
reperitur in Inſtrum. Pacis art. 8. verſ. gaudeant &c. 2. confirmato
in Rec. Imp. de anno 1654. §. 6. Si dubium ex Inſtrumento Pacis oria-
tur, id pertinet ad interpretationem authenticam eorum, qui Inſtru-
mentum iſtud condiderunt, ſive ad ſuperiores, quorum iſta eſt con-
ventio, teſte Mev. p. 1. dec. 67. Cui aſſertioni §. Utriuſq; religionis Ma-
giſtratus, art. 5. Inſtr. Pac. ſuccurrere videtur in verbis: neque docendo,
diſputando dubium faciat. Hinc nonnulli generalius concludunt, in-
terpretationem doctrinalem Jus Publicum non admittere, quod certo
modo concedit Dn. Rhet. Inſt. Jur. Publ. l. 1. t. 1. §. 81. Ubi verò de vo-
luntate certi ſumus, & ex contextu conſtitutionis dubium dilui poteſt,
interpretationem Jcto, pro re nata, in Jure Publico æque ac privato com-
petere, aſſerit Rhet. cit. loc. & in ſeq. & id per varias rationes comprobat.

CONSIDERATIO III.

In fine *Articuli II.* Commiſſario Cæſareo librorum,
qui Francofurti ad Mœnum utplurimum reſidet, & Con-
ſilio Imperiali Aulico in cognitione Proceſſuum, quoad
confiſcationem & prohibitionem librorum polemico-
rum,

rum, certæ leges & æquitatis termini hunc in modum præscribuntur: Wollen auch weder dem Reichs-Hof-Rath/ noch dem Bücher-Commissario zu Franckfurth am Mann verstaten / daß jener/ auf des Fiscals oder eines andern An- geben/ in Erkennung der Processen / und dieser in Censir- und Confiscirung der Bücher / einem Theil mehr als dem andern favorisire.

Hinc causæ cognitio hac in re quam maximè necessaria est, per *l. in causa cognitione. 13. ff. de minor. Wesenbec. cons. 7. n. 7.* Hæc enim à jure naturæ dependet, ut fatetur Baldus in *l. judex. 5. C. comminat. epistol. program.* quia lex naturæ suadet, sine causa alterius jus tollendum non esse, *l. 2. ff. de his, qui sunt sui vel alieni jur. c. sine culpa. 24. de R. 1. in 6.* quò pertinet Apostoli Pauli *1. Timoth. 5. vers. 21.* monitum: Testor coram Deo & Christo Jesu, & electis Angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando, i. e. sine cause cognitione, & diligenti examine.

CONSIDERATIO IV.

Articulus III. Electores, post Carolum IV. in *A. B. c. 3.* & Imp. Sigismundum in *A. itidem B. de Jure & successione Electorum Palatinorum, de anno 1424. vel 1434.* apud Goldast. *Collect. Constit. Imp. tom. 1. p. 298.* meritissimi splendoris titulis maectat, dum eos Sacri Rom. Imperii Bases, Fulcra & Columnas appellat, pariterque Electoribus Secularibus Jus primogenituræ hunc in modum confirmat: Und wollen des Heil. Röm. Reichs Grund-Säulen / insonderheit auch die Weltliche Thur-Häuser / ben ihrem Primogenitur-Recht / und ohne dasselbe wider die Gebühr restringiren zu lassen / verbleiben lassen.

Primogenitura duo fundamenta habet, *Naturam, & Legem.* Prior efficit, ut primo loco natus primus inter fratres constituatur, adeoque naturæ prærogativam habeat. Chrysof. in *Genes. homil. 51* Tiraq. in *præf. de jure primogen. n. 39.* Lex vero hunc naturæ ductum adeò veneratur, ut, eidem ætati omnes quoq; prærogativas juris tribuere, æquum censuerit. Bald. in *l. cum antiq. leg. 19. num. 11. C. de jure diber.* & Conf.

Cons. 275. vers. cum primogenitus. lib. 2. Menoch. Cons. 97. n. 51. seqq. Zas.
 Cons. 8. n. 3. lib. 1. Hocque primogenituræ jus in descendentes quoque
 transfertur. Quare filius primogeniti, ante patrem mortui, avo, præ
 patruo, repræsentationis jure, succedit, quod est favorabile & Divino
 Juri congruens. Sicque in omni materia extendendum. Bald. in l. 1.
 §. in primog. 3. per illum textum, ibi: naturali ratione subnixum. C. de
 Caduc. toll. Felin. in c. Tua nos. 11. §. de Jurejur. n. 3. Unde jus repræ-
 sentationis non modo locum habet in successione civili, sed & in feu-
 dis, per c. un. de natur. success. feud. DD. in c. un. §. si verò defic. de suc-
 cess. frat. vel grad. succed. in feud. 2. F. 11. imprimis quoad Jus primo-
 genituræ, Arn. Engelbrecht de Success. in Electorat. ex Jure Primogeni-
 turæ. Melch. Goldast. Discurs. Exoter. de jure representat. in primo-
 genit. Imper. German. Georg. Christ. Stiern de primogenitur. conser-
 vand. Andr. Tiraquell. de primogenit. Jur.

CONSIDERATIO V.

In hoc ipso verò *Articulo III.* alia se offert *Additio*,
 per quam Statibus universis Imperii sessiones & vota in
 Comitibus, nec non Privilegia & Regalia confirmantur,
 aliaque Jura, quæ in subditos, sibi mediata vel imme-
 diata subjectos, ihme / (einem Reichs-Stand) mit oder
 ohne Mittel / unterworfenen Unterthanen / exercent.

Mediati subditi Imperii nostri sunt, qui, mediantibus aliis superio-
 ribus, Imperio subsunt: quales sunt Landsassii Statuum, ac Civitates Mu-
 nicipales. Immediati è contra, qui immediate Imperatori & Imperio
 parent, v. g. Electores, Principes, Comites, Civitates Liberae, quæ ter-
 tium Comitiorum corpus constituunt. Quibus in *Instr. Pac. Westpha-
 licæ*, ut antea in *Pacificatione Religiosa*, & *Novissimis Capitulationibus*,
 ob immediatam suam, Liber Ordo Equestris in Imperio adjungitur.
 Qui in tres *Classes*, nimirum Franconicam, Suevicam, & Rhenano-
 Wetteravicam, distribuitur. Franconicaverò iterum in sex *Loca* sive
Ort / aut *Cantones*, uti vulgò vocant, dividitur: 1. Odenwald. 2. Ges-
 bürg. 3. Röhn und Werra. 4. Baunach / Buchen- oder Buchenau
 5. Steigerwald / & 6. Altmühl: (cujus Nobilitatis Constitutiones,
 Ordinationes & Privilegia, inprimis Cæsarea extensio & declaratio
 quorundam, cum Literis Expectativis, anno 1688. obtenta, typis ex-
 scripta dudum prodiere) Dein Suevica in quinque *Quaterniones*, Quar-
 tier

tier oder Viertel: 1. In das Donau; 2. Hegau; Allgau; und Bodensee; 3. Neckar; Schwarzwald und Orthenauer; 4. Kocher; und 5. Kraichgauer-Viertel: *Rhenana vero in drey Hauptmannschafften und Ritter-Ort: 1. Die Ober-Rheinische / im Gau und Wasgau / 2. Die Mittel-Rheinische und Wetterauische / Westerwald und Rheingau / und 3. Nieder-Rheinische / Hundsrück und Eberswald /* (Cujus 5. April. anni 1662. à Cesarea Majestate confirmatæ Constitutiones, Ordinationes & Privilegia in *Diar. Europ. p. 25. Appendice p. 81. seqq.* exstant) iterum repartuntur. De quorum omnium Origine, Præeminentia, Libertate, & prætenso Imperii Statuum Jure, Immediatateq; latè tractant *Casp. Lerch* ab & in *Dürmstein / in Beantwortung der Frag: Ob des H. R. Reichs freyer unmittelbarer Adel ein Stand des Reichs seye? uti anno 1630. prodiit: Reinh. à Gemmingen in Discursu, quem Besoldus sine nomine Thesauro suo Practico, sub voce, Reichs-Stand. inseruit: Job. Frid. von Lentersheim Tr. sing. Ipse Besold. in Dissert. de Ordine Equestri in Imperio Rom. Hippol. à Treispach (sub quo nomine Dn. Job. Knipschild. Reip. Eslingens. Syndicus latere voluit,) vom Stand und Session solches Adels / Job. Conr. Kreydemann / von der freyen Ritterschafft in Schwaben / Bidenbach. in *Questionib. Nobilib. aliique.**

CONSIDERATIO VI.

Articulus IV. hujus Capitulationis de *Ducis Sabaudie* illimitata investitura cum *Montisferrato*, ad decentem ejusdem requisitionem, executioni mandanda; de confirmatione *Tractatus Chierascensis*; remoto impedimento quocunque; de restitutione Civitatis *Trini* impetranda; de emolumentis ex Pacificatione Monasteriensi capiendis, approbando id ipsum, quod Collegium Electorale ad Sabaudie Ducem, ratione conferendi Vicariatus & Generalatus Imperii per Italiam, scripserat, iisdem verbis, quibus, ad mentem Pacificationis prædictæ, & in ejusdem executionem, *Articulus IV. Capitulationis Invictissimi Imperatoris Domini Nostri LEOPOLDI* loquitur, conceptus exstat. Ad cujus elucidationem faciunt & servire poterunt, quæ ad eundem Articulum *Limn. tom. 5. J. P. in ad-*

addit. ad l. 1. c. 12. p. 327. Zeiller. in Itiner. Italico. c. 1. p. 12. n. 18. & p. 13. n. 19. Klock. de Arario, l. 1. c. 16 Lindenspiir. in Dissert. de Imp. & famil. origine &c. p. 42. J. G. D. T. in Beschreibung des Herzogthums Savoyen/und Fürstenthums Piemont/An. 1690. edita, cum aliis annotarunt. Pacta verò Chierascensia exhibentur ab Autore Ministerii Cardinalis Mazarini c. 12. & dans le Recueil des Traités entre la Couronne de France & les Princes Etrangers, imprimé à Anvers, l' An. 1672. p. 41. Illa verò adjecta huic articulo clausula: Welches alles jedoch auf die Condition gestellet wird / wann sich der Herzog von Savoyen denen / von Ihrer Kayserl. Majestät von Reichs wegen / publicirten Inhibitoriis und Avocatoriis gemäß bezeigen und verhalten wird / planè nova esse, palàm fit.

Urut autem aliàs certi & expediti juris fit, quod, deficiente conditione, deficiat quoq; ejus causa, adeoq; nec promissum subsistat, *Felin. in c. si cautio. 14. &c. de fide Instr. Gail. 2. obs. 132. n. 4.* ubi probat, naturam conditionis esse, ut prius impleatur, quam effectus, aut aliquod ex ea emolumentum sequatur: tantum tamen abest, ut Serenissimus Sabaudiaë Dux, Regali splendore hodiè regnans, *Dn. Victor Amadeus, hujus nominis II.* huic ablegationi locum reliquerit ullum, quin potius laudi duxerit, & Inhibitoriis & Avocatoriis prædictis non solum patulas præbere aures, sed etiam fortissima addita manu insatiabilis Regis Galliaë adipiscendi aliena quævis cupiditati resistere, & armis injustis glorioso impetu, consilio & opera, justa opponere arma, eave cum sociis in ipso Delphinatu latè circumferre, ut nemo non novit.

CONSIDERATIO VII.

Quia in *Articulis V. VI. VII. VIII. & IX.* planè nihil novi, præter hinc inde adjunctam immediatæ Imperii Nobilitatis Equestris ampliativam mentionem, continetur; ex propositi ratione, videndum erit, quid *Articulo X.* de Jure Foedera pangendi Statibus Imperii tam inter se, quàm cum Exteris, pro securitate & defensione territoriali, concessum sit, quod ex verbis ipsis facile apparebit: So viel aber die Stände des Reichs ingemein belangt / soll denenselben/

allen und jeden/das Recht der Bündnuß unter sich / und mit
 Außwertigen / zu ihrer Defension / Conservation / Sicher-
 heit und Wohlfahrt / zumachen / dergestalt frey bleiben / daß
 solche Bündnuß nicht wieder den Regierenden Röm. Kan-
 ser / noch wieder den allgemeinen Land-Frieden und Mün-
 sterischen Frieden-Schluß sene / und daß dieses alles / nach
 Laut desselben / und ohnverlezt des Ends / beschehe / wormit
 ein jeder Stand dem Röm. Kanser und dem Heil. Röm.
 Reich verwandt ist: Daß auch die von frembden Potentaten
 begehrende Hülffe also / und nicht anderst / begehret werde / noch
 gethan sene / dann daß dadurch dem Reich kein Gefahr zu-
 wachsen möge.

Recessus aliæque Leges Publicæ Imperii hanc fœdera pangendi fa-
 cultatem jam olim Statibus quoq; Imperii concesserunt, ut constat ex
*R. I. de anno 1529. §. Und als im Abschied. 35. Instr. Pac. art. 8. v. gau-
 deant. verb. cum primis verò. modo non cedant in Imperii detrimen-
 tum ac damnum, & Imperator cum Imperio excipiatur. Sed, an Prin-
 ceptus Christianus cum Turca, vel aliis infidelibus, fœdus inire, & suppe-
 tias ab eo, contra Christianum, sibi stipulari possit, hodiè non ignotæ
 est quæstionis. Grotius l. 2. de J. B. ac P. c. 15. num. 7. Linn. ad Capit.
 Caroli V. art. 11. verb. aller Hülff / p. 190. seqq. Arum. de J. P. vol. 1.
 disc. 23. th. 4. p. 220. disc. 28. n. 21. p. 200. Besold. de fœderib. c. 4. in
 summæ necessitatis casu, & ubi non alia evadendi ratio sese offert, tale
 fœdus permittunt. Nos tamen cum Reinking. l. 2. de R. S. & Eccl. cl. 3.
 c. 3. n. 45. seqq. Schönborn. l. 4. Polit. c. 36. Alber. Gentil. de J. Bell. l. 3.
 c. 19. Richter. & aliis, præprimis Klock. de Ærario, l. 1. c. 5. n. 66. & in An-
 notationibus doctissimis, cum Excell. Dn. Christoph. Pelleri, Jcto con-
 summatissimo, Reip. Norimb. Consiliario meritissimo, & hujus Univer-
 sitatis Pro-Cancellario splendidissimo, Patrono Nostro Maximo, Pa-
 rentis loco etatem venerando, num. 118. seq. p. 155. ubi ex Theologis,
 Jctis, & Politicis doctissimis varia hanc in rem allegat, negativam am-
 plectimur sententiam.*

CONSIDERATIO VIII.

Articulus XI. sine accessione mansit, sed *XII. Redi-
 ficationem Matriculæ* urget. Quid autem, inter alia, de mode-

moderamine, vel, ut hodiè loquuntur, *Moderatione Matriculæ*, & in hac Statibus indictorum Onerum publicorum, in Comitibus actum sit, & quomodo nonnullis Principibus & Statibus una tertiæ matricularis, aliis ultra illam aliquid demptum sit, sub clausula, moralem impossibilitatem involvente, quod talis moderatio nec Circularis, nec ejusdem membræ damno sit, aut inde quicquam oneratis accrescat; quomodo exin, in repartitionibus Circularium onerum, distinctio *inter ad unam tertiam, & ultra moderatos* exorta fuerit, quæ tot tantasq; collisiones, & diversas bases dispartiendi eadem onera, progenuit, quibus multum temporis in Deliberationibus insumere necesse fuit, iis, qui Acta Publica perlustrârunt, aut manus operi huic admoverunt, notissimum est.

Num verò punctus Moderationis Matriculæ etiam in Conventu Deputatorum Ordinario, an verò in Circularis, juxta priores Imperii Constitutiones, tractari possit ac debeat, inter Status Imperii in nuperrimis Comitibus disceptatum fuisse, docet *Fritsch. de Conv. Deput. Imp. Ord. c. 5. th. 1. & seq.* ubi pro Circularum Jure Principes contra Collegium Electorale pugnasse, dicit, quorum rationes adducit.

CONSIDERATIO IX.

Articulus XIII. ita finitur: Wir sollen und wollen auch keinen Frieden / ohne Churfürsten / Fürsten und Ständen Zuthun und Einwilligung schliessen / und insonderheit bey dessen Erfolg ernstlich daran seyn / damit das vom Feind im Reich occupirte / oder in Ecclesiasticis & Politicis geänderte / zu der bedrückten Ständen und deren Unterthanen consolation / in den alten / denen Reichs-Fundamental-Gesetzen und Frieden-Schlüssen gemässen Stand restituirt werde. Quæ nova additio præsens cum Galliarum Rege atrocissimum bellum, & in Alsatia, aliisque occupatis Provinciis, tam quoad Ecclesiastica, quàm Politica, inprimis in honorem

Ordinis Gallici S. Lazari, laceratas Ordinis Equestris Teutonico-Mariani Commendas, ut vocant, & præreptos ejus redditus, factas innovationes quàm maximè respicit.

Interim hic articalus supponit, futuram Pacem Imperii nomine non aliter, quàm libero Imperii Statuum suffragio & consensu, constituendam & ineundam esse, id quod non solum in *Instr. Pac. art. 8. v. gaudeant* &c. sed etiam in *R. I. de an. 1641. pr. § 9.* Nachdem aber *ic.* fundatum & radicatum est: Hucque pertinent, quæ apud *Londorp. in Cont. p. 6. l. 1. p. 384. seqq. p. 719. seqq. § l. 4. c. 51. Diar. Europ. p. 36. p. 69. seqq. p. 396. § in Append. p. 537.* leguntur.

CONSIDERATIO X.

Omisso *Articulo XIV. sequens XV.* Statibus Imperii certum modum, circa conseribendos milites, pro confederatis, eorum transitum, metata, & quæ sunt alia huc spectantia, præscribit, atque hæc verba noviter apposita exhibet: *Zu außländischer / Uns und dem Reich wohl zugethaner / zumahlen mit Uns (Rege scil. Romanorum) allirten Potentaten Diensten geworben. Cæteroquin, quomodo cives, qui hosti patriæ, armis, opibus, vel quacunque alia re succurrunt, amissione videlicet bonorum ac hereditatum, feudi, dignitatis, nobilitatis privatione, nec non denegata transmissione in posteros, imò mortis pœna puniendi, fugientes autem in effigie suspendendi sint, pluribus videre licet ex sequentibus: Wir wollen hingegen / auch auf begebende Fälle / alles Ernsts verbiethen / und in keine weiß gestatten / daß im Heil. Röm. Reich jemand vor ein andern / wer der auch sene / als das Vatterland / und dessen jederzeitliche Bundsgenossen / werbe / oder sich werben lasse / und da einer oder anderer hierinnen mißhandlen / und bey einem in Comitibus Imperii declarirten / oder sonst wissentlichen Reichs-Feind / oder dessen Bundsgenossen / und Helffers-Helffern / Kriegs-Dienst annehmen würde / wollen wir wider denselben / als*
des

des Reichs-Feind/ mit Confiscirung aller seiner Haab und Güter/ auch sonsten/ nach Anleitung der Executions- und anderer Reichs-Ordnung/ auch gemeiner Rechten/ mit aller Schärffe verfahren/ dergestalten/ daß selbiger auch an seinen Erb- und Lehenschafften/ Anwartungen und Rechten/ auch Haab und Gütern/ Aemptern und Dignitäten/ oder auch/ da man ihn ertappet/ am Leib und Leben/ die abwesende Uingehorsame aber in ihrer Bildung abgestrafft/ ihnen und ihren Descendenten ihre Stamm- und sonsten erhaltene Wappen ferner zu führen/ nicht gestattet/ noch weniger sie vor Stifft- und Rittermässig jemals mehr gehalten/ sondern insgemein aller Ehren unfähig erklärt werden sollen.

Quinam hodiè Imperatoris confœderati sint, constat ex Actis Publicis sat abunde, scil. contra Turcam Rex Poloniae, Magnus Dux Moscoviae, & Respublica Veneta: contra Regem Galliae Rex Hispaniae, Rex Magnae Britanniae, Wilhelmus, & Respublica Confœderati Belgii. Qui ergò non sub illis, sed Imperii hostibus, militiae operam dant, per *Avocatoria Mandata*, ut castra illa deserant, domum revocantur. Sunt autem hæc Mandata Avocatoria, quæ tam in Camera Imperiali, quam Cæsaris Aula decernuntur, vel *generalia*, vel *specialia*. *Generalia* quidem contra eos, qui Imperii hosti per directum vel indirectum operam præstant, tanquam pacis publicæ fractores, sub certis pœnis, uti ex antecedentibus videre est, proponuntur, ut revertantur, & patriæ potius inserviant, teste *R. I. de anno 1529. §. Und damit an solcher. II. O. C. p. 2. t. 9. §. Und ob sich. 3.* Sic cum Cæsar anno 1688. domum revocaret Germanos, qui Gallicæ militiae se manciparunt, reliqui Status, Ratisbonæ anno 1689. 1. Jul. Avocatoria illa extenderunt ad *Peregrinantes*, omnesq; illos, qui quocunque sub præxtu in Gallia existunt, sub pœna banni & confiscationis bonorum. *Specialia* verò ad requisitionem ejus, qui se juri offert, & tamen invasionem & offensionem metuit, in eum diriguntur, qui, contra Constitutionem Pacis publicæ, alterum cum exercitu aliove modo violenter invadit, ut ab ejusmodi violento facto & invasione desistat, & æquo jure ac justitia sit contentus. Vid. *der Land-Friede de anno 1548. art. Bon Mandaten. 8. §. Concept. Ord. Cam. p. 2. t. 10. §. 7.* Huic mandato Avocatorio

catorio speciali si non obtemperetur, ad pœnam banni proceditur, atque Camera contra omnes non obtemperanti auxilium ferentes generale Mandatum Avocatorium, sub pœna banni, decernunt, tandem Status vicinos monet, ut, pro conservanda pace, iis, qui vim publicam ac invasionem sustinent, auxilium realiter ferant. *Blum. Proc. Cam. tit. 29. n. 244.*

CONSIDERATIO XI.

Articulo XVI. planè nova, in quibusdam exemplaribus (quemadmodum hoc ipsum in exemplari *Moguntia*, cum Gratia & Privilegio S. C. Maj. per *Christ. Küchlern*, anno 1690. impresso, non reperitur) hæcce proponuntur: Auch sollen die jenigen Chur-Fürsten und Stände/welche/vermög des Frieden-Schlusses/Länder haben abtreten/und darvor anders annehmen müssen / zu keiner neuen Canzlen- oder Lehengebühr/ vor die überkommene Herzog- und Fürstenthümer und Länden/ vor dasmal angehalten werden / oder darzu einigerley Weise verbunden seyn.

Videtur hoc in gratiam & solatium eorum esse appositum & adjectum, qui, ad pacem stabiliendam, territoria sua aliis concesserunt, inque compensationem varios Episcopatus & Principatus acceperunt.

CONSIDERATIO XII.

Circa Articulum XVII. tria observanda proponuntur: (1) Sollen die Stände des Reichs bey der electione Fori, und dem Jure Austregarum bleiben. (2) Soll sonst auf keinerley Weiß Eingriff geschehen / in specie aber bey Erkennung der Commissionen die Verordnung des Instrumenti Pacis, *art. 5. §. in Conventibus Deputatorum. 51.* genau beobachtet werden. (3) Und solches (ex antecedentibus apparet, quod Rex Romanorum, ad Statuum querelas, abolitionem Judicii Cæsarei Rothwilensis, & Provincialis Weingartensis promiserit,) an die Chur-Mannzische Canzlen/ um daß von dannen denen übrigen des Heil. Röm. Reichs Chur-

Churfürsten / Fürsten und Ständen davon Nachricht gegeben werden möge / notificirt werden.

Quid Privilegium electionis fori, quod antehac in usu non fuit, sit, manifestat *Instr. Pac. Cesareo-Suecic. art. 10. §. 7.* in quo Coronæ Sueciæ, & Privilegium Ferd. III. de an. 1648. quo Ducibus Brunsvicensibus concessum est, ex libero arbitrio statuere, utrum in Camera, vel Aula Imperiali respondere velint, ita tamen, ut se intra certum spatium declarare debeant, alioquin electionem amittant. vid. *Burgold. in Not. Imp. p. 2. disc. 20. §. 18.* ubi, electionem à Rege Sueciæ intra tres, à Ducibus vero Brunsvicensibus intra duos menses, à die factæ requisitionis proximos, peragendam esse, tradit. *Austrega*, quatenus pro judicio sumuntur, nihil aliud sunt, quam legitima rei controversæ in foro, quibusdam immediatis Imperii membris competenti, tractatio: sive, legitima causæ, inter certos Imperii immediatos cives controversæ, disceptatio, coram iudicibus ex lege Imperii, pacto familiæ, privilegio vel præscriptione datis, eum in finem instituta, ut eorum sententia terminetur ac decidatur. Hinc iudices ita constituti dicuntur *Austregæ*, à verbo austragen / quod idem est, ac componere, decidere, definire, weil etliche dem Heil. Röm. Reich ohne Mittel unterworffene Glieder allda ihre zusammenhabende Strungen gegeneinander rechtlich austragen. vid. *Schwed. Introd. in Jus Publ. part. spec. sect. 2. c. 17. §. 4.* Dividuntur in *Austregas Ordinationis, & Conventionales.* vid. *Concept. O. C. p. 2. t. 20.* De utrisque post O. C. prolixius vid. *Schubard. de Austreg. atque Blum. in Proc. Cam. t. 27. per tot.* ubi insimul varios in iudicio *Austregarum* procedendi modos, vias alioquin dictas, proponunt, quos, ne præter intentionem prolixiores simus, merito præterimus. Quod cognitionem *Commissionum* attinet, verba allegati §. 51. *Instr. Pac. art. 5.* hæc sunt: *Ubi extraordinariis Commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanæ Confessionis Status versatur, soli eidem Religioni addicti deputentur, si inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, utriusq; religionis pari numero Commissarii denominentur & ordinentur. Placuit etiam, ut Commissarii res à se gestas referant, & vota subjungant, instar tamen sententiæ nihil definiant.* *Judicium* denique *Rothwilense*, Das Kaiserliche Hof-Gericht zu Rothweil / ab Imperatore *Conrado* primitus fundatum, atque à *Maximiliano I.* confirmatum est; In hoc tamen à *Judicio Aulico & Camera Imperiali* quam maximè differt, quod non, nisi in certo districtu, judicare possit, ac

plurique Principes & Status Imperii ab eo exempti sint ; sicut & ab
ejus sententiis ad Cameram & Aulam Imperialem appellari potest.
Qui Status eximantur, vid. apud *Maurit. de Jud. Rothwil. th. 9. Schwed.*
Introd. in J. P. p. spec. sect. 1. c. 14. §. 4. Confer die erneuete Ordnung
der Röm. Kayserl. Majestät Hof- Gerichts zu Rothweil.

CONSIDERATIO XIII.

Totus *Articulus XVIII.* de personis Ecclesiasticis,
præcipuè verò de recurſu ab Officialibus in causis civili-
bus ad Nuntios Apostolicos, hunc in modum agit : Noch
auch die Erz- und Bischöffe im Reich / wann wider dieselbe
von denen ihnen untergebenen Geist- oder Weltlichen etwan
geklagt werden solte / ohne vorherige gnugsame Information /
über der Sachen Verlauff und Beschaffenheit (welche / das
mit keine sub- & obreptio contra facti veritatem Platz fin-
den mögte / in partibus einzuholen /) auch ohnangehörter
Berantwortung des Beklagten / wenn zumalen derselbe au-
thoritate Pastoralis zu Verbesserung und Vermehrung des
Gottesdiensts / auch zu Conservation und mehrerem Auf-
nehmen der Kirchen / wieder die Ungehorsame und übele
Haushalter verfahren hätte / mit monitoriis , interdictis
und comminationibus, oder declarationibus censurarum
übereilet oder beschwert werden möchten / sondern wollen sol-
ches alles / mit der Churfürsten / Fürsten und andern Stän-
den Rath / kräftig abwenden. Et porro : Und weilien um
obberührter Civil Sachen willen / zwischen unsern und des
Reichs höchsten Gerichten / so dann denen Apostolischen
Nuntiaturen mehrmalige Streit und Trungen entstanden /
indeme so ein und andern Orts / die ob der Officialen Ur-
theil beschehene Appellationes angenommen / Processus er-
kannt / selbige auch durch allerhand scharffe Mandata, zu grö-
ster Irr- und Beschwerung der Parthenen / zubehaupten ge-
sucht worden / womit dann diesem vorkommen und aller
Jurisdictionis-Conflict möchte verhütet werden / so wollen
wir

wir daran seyn / daß die *Causæ Seculares* ab *Ecclesiasticis* rechtlich distinguirt / auch die darunter vorkommende zweifelhafte Fälle / durch gütliche mit dem Päpstlichen Stul vornehmende Handlung und Vergleich / erledigt / vor der Geist- und Weltlichen Obrigkeit einer jeden ihr Recht und Judicatur ungestört gelassen werden möge.

Ex quibus posterioribus verbis liquet, *Officiales Episcoporum*, præcipue *Trevirensis*, *Monasteriensis*, & *Coloniensis* subinde quoque in secularibus & civilibus causis cognoscere; à quibus tamen in his non ad Pontificem, sed ad *Cameram*, *Imperii*, vel *Imperatorem ipsum*, appellandum est, ut per exempla comprobatur *Gylman. Symphor. tom. 3. sub præjud. Cam. verbo Jud.* Quia tamen subinde etiam in secularibus causis appellationes ab *Officialibus* ad *Legatum Pontificis*, & ad ipsum Pontificem institui cœperunt, non solum *Assessores Cameræ Imperialis* mandata avocatoria sine clausula decernunt; sed etiam postmodum recursus & appellatio ad Pontificem, ejusq; *Legatos*, ab hisce *Officialibus*, in causis civilibus, prohibitus est per *Rec. Imp. de anno 1654. §. als sich dann auch. 164.* quam prohibitionem repetiit *Capitulatio Inviectissimi Nostri Leopoldi*, atque hæc nostra *Josephiana*, in qua separatio causarum secularium ab ecclesiasticis promissa, insimulq; cautum fuit, *Regiam Majestatem* id procuraturam, ut casus, ratione jurisdictionis dubii, amicabili compositione decidantur, sicq; conflictus jurisdictionum evitetur. In terris verò *Augustanæ Confessionis addictorum*, lis hæc cessat, quia *Ecclesiastica jurisdictio*, virtute *Transactionis Passaviensis de anno 1552.* & *Pacificationis Religiosæ de anno 1555.* nec non *Instr. Pac. art. 5. §. 1. §. 16. §. Rec. Imp. de anno 1654. §. 164. Textor. ad d. R. L. 2. th. 54. seqq.* in eis est suspensa, atque ex *Ordinationibus Ecclesiasticis*, hanc in rem compositis, satis constat, quæ causæ pro secularibus, & quæ pro Ecclesiasticis sint habendæ, vid. *Weber. Tract. de Jure Confist. c. 27.* Cæteroquin quomodo à *Judicio Ecclesiastico inferiori* ad superius appellandum, vid. *Concil. Chalced. cap. IX. Arelat. II. c. 29. Carth. III. c. 9. 10. Carth. IV. c. 28. Antioch. c. 12. Mogunt. c. 22. §. 24.* Ast postquam *Sedes Romana* sibi jus circa sacra asseruit, non solum ad *Sedem Romanam* appellationes introductæ sunt, sed & jus in prima instantia quemcunq; *Clericum* ibidem conveniendi receptum fuit. c. fin. de foro compet. cui rei modus impositus in *Conc. Lateran. an. 1515. Sess. 10. in fin. §. Trident. Sess. 13. sub Decret. super reformat. c. 2. §. seq.*

Quæ omnia tamen itidem in terris Protestantium, ob suspensam jurisdictionem Ecclesiasticam, cessant.

CONSIDERATIO XIV.

Benè ordinatâ & constitutâ Ecclesiâ, prudens Magistratus ad Statum Politicum, ut omnia ordine & decenter fiant, & commercia, quæ nervum rerum gerendarum, pecuniam scil. curant, ritè peragantur, oculos vertere debet. Quod ex *Articulo XIX.* facilè est colligere. Promittit enim Sacra Regia Majestas: *Uber die Policen-Ordnungen/ wie die seynd/ und ferner auf den Reichs-Tägen geschlossen werden/ zu halten / und die Commercia des Reichs nach Möglichkeit zu befördern.*

Ordinatio Politica primùm anno 1530. promulgata, postmodum in Comitii Augustanis anno 1548. reformata, deinde anno 1577. aucta est. Omnes tres in Codice Recessuum Imperii extant, ultima tamen, quia reliquis auctior, meliori cum fructu legi potest, multa siquidem & juris privati & publici capita continet. De nova quadam Politica Ordinatione Imperii jam diu in Comitii actum fuisse, constat, monstrabitq; eventus, & futurus Imp. Recessus, quid hac in re consultationes institutæ præstiterint. vid. interim hac de materia Renat. Choppin. de Sacra Polit. Forensi. Franc. Raguell. Policen-Ordnung aus der H. Schrift. Theod. Reinking. Polit. Biblic. Commercia, quæ Jure Gentium cum infidelibus quoque permilla sunt, secundum Becan. in Analog. vet. & nov. test. c. 17. König. in Theatr. Polit. p. 1. c. 5. n. 82. & seqq. Mart. Rumelin. ad A. B. p. 2. disc. 4. th. 35. notabilia patiuntur decrementa ob varias causas, inter quas sequentes reperiuntur: (1) corrupta res monetaria: (2) importatio mercium exoticarum copiosissima: (3) exportatio frumenti, vini, lanæ: (4) bellorum concatenata calamitas: (5) auri & argenti, ob nimium luxum, & continuam horum metallorum corruptionem, indies crescens raritas: & (6) novorum vectigalium gravitas.

CONSIDERATIO XV.

Articulus, qui in hac Capitulatione numerum XX. constituit, in Leopoldina est XXI. quia tamen nihil novi in

in se continet, mittimus eum, atque ad *XXI.* Josephianæ progredimur, qui de capite ad calcem certos limites vectigalibus injustè institutis; variisque artibus extensis, ponit, ac Fiscali Cæsareo facultatem tribuit adversus transgressores, auf eingezogene Information / oder auf eines oder andern / hierunter beschehene Denunciation / mit oder ohne des Denuncianten zuthun / agendi & procedendi.

Impositio Vectigalium, quæ aliàs *Telonia*, in *c. un. quæ sint Reg. 2. F. 56.* & interdum *Gabella* vocantur, accensetur Regalibus, per *d. c. un. quæ sint Reg. 2. F. 56. Sixtin. de Regal. 2. c. 6. n. 1. Vultej. de feud. 1. c. 5. n. 7.* Quare facultas vectigalia imponendi & augendi fuit Imperatorum Romanorum, teste *R. 1. de anno 1576. §. Weiter seind wir. 116. §. 117.* ubi: den Zoll steigern / gehöret zur Kayserl. Majestät sonder Hoheit und Reservaten; usq; dum postea per *Capitul. Caroli V. art. 18. Ferdinandi I. art. 17. §. II. art. 17. III. art. 20. IV. art. 19. §. Leopoldi, art. 21.* ad eorum constitutionem consensus Electorum requiri cœpit. Inde porrò fluit, quod nova vectigalia instituire nequeat, nec vetera augere possit solus Imperator, cum in hac materia omnis innovatio pro novo vectigali reputetur, *l. 9. §. 8. ff. de vectig. l. 10. h. t.* & quæcunq; ad institutionem novorum vectigalium requiruntur, ea etiam antiquis augendis applicari debent. Si verò ratione vectigalium Elector vel alteri litem moveat, vel ipsi lis moveatur, solus Imperator controversias exortas, iudicio Camerae excluso, decedit, per reservationem in *Capitul. Ferdinandi II. art. 22. Ferdinandi III. art. 25. verb. Vor niemand anders als uns gehörig. Leopoldi, art. 24. & hac nostra Joseph. art. 22.* Quotiescunq; enim de substantia & validitate privilegii alicujus, à Cæsare concessi, controversia movetur, solus Imperator est iudex, cum ejus sit interpretari privilegia, cujus est dare & concedere, per *l. omni innovatione. 6. C. de SS. Eccles. l. fin. C. de Leg.* Vectigalia cæteroquin varia sunt, vel *terrestria*, vel *aquatifica*, hæc q; iterum vel *marina*, vel *fluviatica*, vel *ripativa*; *terrestria* verò rursus sunt vel *pedagia*, vel *vectoria in specie sic dicta*, vel *pontivegia*. vid. *Dn. Zigler. de Jure Maj. l. 2. c. 5. Job. Bertachin. de Gabell. Tribut. §. Vectig. Job. Blas. vulgò Blay, de Vectigal. §. justa eorum exactione in foro conscientie. Dn. Conring. de Vectigal. atq; Dn. Doct. Henr. Linc / Serenissimi Ducis Palat. Solisbac. & Inclytæ Reipubl. Norimberg. Consiliarius meritissimus, hujusq; Universitatis Pand. Prof.*

Publ. celeberrimus, nunc VII. Decanus, Præceptor atq; Patronus Noster
 æternim colendus, de Vectigal. Jure.

CONSIDERATIO XVI.

Articulo XXII. immunitas à Vectigalibus, quam jus nostrum certis personis concessit, à Regia Majestate, novo additamento, ad Electorum, Principum, & Statuum Imperii Legatos & Consiliarios, eorumque viduas & heredes, ita extenditur, ut eadem, tam quoad accessum, quam quoad discessum, gaudere debeant, per verba: Deren Gesandte und Râthe / und deren Wittiben und Erben/ bey ihrem Ein- und Abzug ic. Quam ob causam Status Imperii, quibus vectigalia concessa sunt, Electoribus literas reversales exhibere jubentur. Et hæc omnia, adjectâ poenâ amissionis, auch bey Verlust des concedirten Privilegii, constituta reperiuntur. In fine verò hujus Articuli omnibus Imperii Statibus libera facultas conceditur, *Flumina*, quæ se in Rhenum exonerant, navigabilia efficere, per verba noviter addita: Derentwegen wir dann auch nicht zugeben wollen / daß / wo einer in den Rhein gehender Fluß weiters Schiffreich gemacht werden könnte und wolte / solches durch eines oder andern angelegenen Stands / darauf eigennuzig vorgenommene ver hinderlichen Bau verwehrt werde / sondern es sollen solche Gebäu zu Beförderung des gemeinen Besens wenigst also eingerichtet werden / daß die Schiffe ungehindert auf- und abkommen können / und also der von Gott verliehenen stattlichen Gelegenheit / und Beneficirung der Natur selbst / ein Stand weniger nicht / als der andere / nach Recht und Billigkeit / sich gebrauchen möge.

Quâ occasione, quid in Jure nostro de *Fluminibus*, iisq; *perennibus*, quæ scil. semper fluunt, *torrentibus*, quæ per hyemem saltem fluunt, l. 1. §. 2. ff. de flumin. nec non *publicis*, d. l. 1. §. 3. & *privatis*, *navigabilibus*, & *non navigabilibus*, l. 2. ff. de flum. l. 10. §. 1. ff. de aqua & aq. plu. arc.

arc. c. un. qua sint Regal. 2. F. 50. cautum reperitur, evolvendum, insimulq; considerandum esset: An privatus, sine permisso superiorum, in iis molendinum ædificare possit, & an Imperii fines, fluminis cursu mutato, mutantur? Sed cum de hisce aliisq; prolixius jam egerint *Dn. Zigler. de Jur. Maj. l. 2. c. 15. Grot. de J. B. ac P. l. 2. c. 3. §. 17.* atq; *Bapt. Aym. de alluv. jure, ubi in addit. præcip. l. 2. c. 17. Dn. Fritsch. cum Myler. Metrolog. c. 14. §. 14.* quæstionem tractat: An alluvio jurisdictionalia mutet? Ideo brevitate gratiâ ad Scriptores hujus materiæ peculiare provocamus.

CONSIDERATIO XVII.

Articuli XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX. omnes cum Capitulationis Leopoldinæ Articulis concordantes sunt. Pergimus itaq; ad *Articulum XXXI.* ubi hæc noviter adjecta verba: *In Exemption-Steur- und Anlag-Sachen* inveniuntur. In antecedentibus promisit Rex Romanorum, se nunquam Principatus, Comitatus, Dynastias, & Feuda, quæ ipsi, si-ve per mortem, si-ve per alium modum acquiruntur, Circuli oneribus publicis, cui vigore Constitutionum Imperii subjiciuntur, subduendum esse. His verbis autem nititur, differentiis inter Domum Austriacam & reliquos Imperii Status, ob exemptionem onerum publicorum, ortis statim sub limine Regiminis occurrere, atque, ut componantur, prospicere.

Quæ rixæ illæ sint, ut hac vice disquiramus, instituti nostri non est. Sufficiat aliquid de vocabulo *Exemptionis* notare. *Exemptio* in genere est liberatio ab Ordinarii jurisdictione, per *Gloss. c. cum olim. 14. de privil. Dec. cons. 113. & 152.* In specie, quoad Jus Canonicum, *Exemptio* est privilegium, quo persona, aut locus, jurisdictioni Episcopi vel Ordinarii subtrahitur, & Summo Pontifici subjicitur, qui propterea Ordinarius exemptorum vocatur. vid. *Gloss. cum eaq. Prosp. Fagnan. ad c. ex parte. 18. de privil. n. 27.* Dividitur hæc *Exemptio* in *personalem, realem, & mixtam*, nec non in *totalem, & partialem*, de quibus divisionibus, & aliis ad hanc materiam spectantibus, vid. *Dn. D. Zinckl de Jur. Episc.*

Episc. c. 6. n. 43. & seq. In Jure Publico Exemptio dupliciter fit, quando vel ipsa membra sese imperio plane subducunt, aut ab aliis eximuntur, vel quando immediati Imperii Status à Superiori Statu, non quidem finibus, sed ab immediata Imperii subjectione, eximuntur. Prior vocatur *totalis*, posterior *partialis*. *Totalis*, qua Status Imperii, tum quoad onera, tum quoad recognitionem, Imperiali Majestati subducti sunt, exempla varia occurrunt in Gallia, Hispania, Britannia, Polonia Regnis, quæ priscis temporibus ad Imperium pertinuerunt, quorum Reges hodiè, præter Deum, nullum Superiorem recognoscunt: & potissimum duobus nituntur titulis: *Præscriptione*, & *Jure Belli*. *Præscriptionem*, contra Myler. de Stat. Imp. c. 99. n. 3. & Limn. Not. Franc. l. 1. c. 5. lit. R. negativam sententiam, cum Grot. de J. B. ac P. l. 2. c. 5. admittimus; aliàs controversiæ, de regnis regnorumque finibus, nullo unquam tempore extinguerentur: Provocationes tamen plerumque ad Martis Tribunal hodiè diriguntur. *Partialem* verò Exemptionem iterum vel *cum*, vel *sine collectandi onere*, vel *justè*, vel etiam *citra decretum Imperii* fieri videmus: Wann ein Stand des Reichs den andern aus den Anlagen und Matricul ausziehet/ auch ihn auf Reichs-Tägen vertritt. vid. Rec. Imp. de anno 1541. §. Doch sollen die. 48. R. I. de anno 1548. §. Und als durch. 52. ubi Imperator Maximilianus II. conqueritur: Daß so viel herliche Königreich / Fürstenthumb / Republiquen und Städte/hie mit Gewalt/dort mit Practiquen, dem Römischen Reich entfrembdet worden. *Catalogum Eximentium & Exemptorum*, der Ausziehenden und Ausgezogenen / qui ex Cancellaria Moguntina anno 1549. Fiscali Imperii traditus dicitur, proponit Limn. tom. I. addit. l. 1. c. 7. n. 73. *Causæ Exemptionum* variæ sunt: (1) Mors Principum: (2) Crimen perduellionis: (3) *Præscriptio* memoriam hominis excedens. R. I. de an. 1548. §. Wann auch Ausgezogene. 56. ibid. wider die Reichs-Hülff und Anschläge legitimè præscribirt habe. (4) *Voluntaria subjectione*, so die ausgezogene Stände solches Ausziehens zu frieden seynd. R. I. de an. 1548. §. Und als durch. 52. (5) *Specialis Imperatoris concessio*, quæ hodiè tamen *Capitulatione Ferdinandi III. art. 3. ibid.* Einen jeden nach seinem Stand und Wesen bleiben lassen/ restricta est. *Probatio Exemptionis* debet fieri (1) per modum parendi, qui consistit (a) in præstando homagio, (b) Mandatis obediendo, (c) Multam solvendo, (d) Appellationem admittendo, (e) Et religionis mutationem concedendo; quæ tamen hodiè *Instr. Pac. art. 5. §. 12. restricta est.* (2) per modum comparendi (a) in Comitibus Provincialibus,
auf

auf denen Landtügen / (b) in tribunalibus, (c) ad sequelam & delectum, (d) in solvendis collectis & contributionibus: (3) per varia signa, & quidem (a) Castrorum, tempore belli, aperturam, (b) Insignium Principis in curia, mœnibus, portis, aliisque locis picturam, (c) Principis receptionem ac intradam, durch solennen Eintritt. Quorum argumentorum pleraque tamen non plenam probationem, sed præsumptionem tantum præbent. vid. plura de causis Exemptionum, atque modis easdem probandi, apud Zach. Viator. de caus. Exempt. conclus. 17. § seq. nec non concl. 37. § seq.

CONSIDERATIO XVIII.

Articulus XXXII. plane novus, in antecedentibus Capitulationibus haud occurrens est, nec ampliori indiget illustratione, quia ex ipsis verbis apparet, quid in se contineat, quæ sunt: Und nachdem im Reiche viel Beschwerung und Mangel der Münz halber bishero gewesen/ und noch sind / wollen wir dieselbe zum förderlichsten mit Rath der Chur-Fürsten / Fürsten und Ständen des Reichs zuvor kommen / und in beständige Ordnung und Wesen zu stellen/ allen möglichen Fleiß fürwenden / auch zu dem Ende diejenige Mittel / so im Reichs-Abschied de Anno 1570. wegen der in jedem Craiß anzulegenden drey oder vier Craiß-Münz-Städten: Item wegen der in Anno 1603. und auf vorigen / auch nachfolgenden Reichs-Tagen beliebten Conformität/ sowol im ganzen Röm. Reich/ als auch mit denen Benachbarten / insbesonder der darben denen Craiß-Directoriis aufgetragenen Abstraffung der Contravenienten / und daraus resultirenden höchstnöthigen Abschaffung der Hecken-Münzen/durch Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände des Reichs ingemein bedacht / in gute Obacht nehmen / und befördern helfen/ auch zumalen nichts unterlassen/ was ferner zuträgliches zu Abwendung solcher langgewehrter Unrichtigkeit auf noch wehrenden Reichs-Tag vor gut befunden werden möchte.

D

Huc

Huc spectant Rec. Imp. Spirensis de anno 1570. §. Und dieweilem
 man. 133. & Edictum Cesareum, an. 1680. d. 6. Nov. Linzii, circa mo-
 netandi vitia & corruptiones publicatum. *Moneta* à monendo dicitur,
 vel quod impressione signi & inscriptione certi authoris, temporis,
 ponderis, & valoris nos admoneat, vel, ne quid fraudis in moneta
 committatur. *Besold. in Th. Pract. lit. M. n. 60.* vel etiam, quod mo-
 neat utentes, se eidem esse subjectos, cujus imaginem in moneta cir-
 cumferunt, arg. text. *Matth. 22. v. 19. 20. & 21. Marc. 12. v. 16. & 17.*
 Probitatem habere debet, quæ in materia, pondere, & forma consistit,
 quod elegantissimè Leo Imperator Nov. 52. his verbis indicat: *Quod*
quidem formam, materiamq; non adulterant, & plenum pondus habeat.
 Confer l. 1. C. de vet. num. pot. ac l. 1. ff. de contr. empt. ibi: *electa ma-*
teria est, cujus publica &c. Hinc vulgò duplex esse perhibetur boni-
 tas monetarum: *intrinseca*, quæ ipsi corpori nummorum adhæret; &
extrinseca, quæ autoritate publica supervenit. Prior naturaliter quasi
 ac inseparabiliter nummis coheret, arg. l. 3. ff. de reb. cred. Quomodo
 enim ad finem nummi, Jure Gentium constituti, h. e. ut æqualitate
 quantitatis permutationum difficultatibus subveniat, perveniri potest,
 nisi nummus, habito respectu ad materiæ electæ pondus & bonitatem
 naturalem, æstimetur, & inde æqualitatem justii pretii exhibeat? Nam
 ubi nulla materiæ proportio, ibi nec ad effectum, nec ad finem desti-
 natum perveniri potest. *Reinking. de Retract. Consang. quest. 6. n. 222.*
 & seq. Quoad posteriorem, monetæ duas formas constituit *Ordinat.*
Monet. de anno 1559. §. Wie aber vorgestellte &c. 10. unam, quæ conti-
 net uno latere Imperatoris & Imperii Romani Insignia, ita posita, ut
 Aquilæ duorum capitum pectori pomum Imperiale sit insertum, cum
 numero valorem numismatis denotante; *alteram*, quæ altero latere Do-
 mini Monetæ insignia, cum inscriptione solita & numero anni com-
 plectatur. Sed, an hodie ista forma extrinseca semper observetur, ex-
 perientia judicio relinquimus. Antiquitus apud Romanos constituti
 fuerunt *Trium-viri Monetæles*, æris, argenti, auri flatores, l. 1. §. 30.
 ff. de O. J. qui nummos adjectis his literis *III. Viri A. A. A. FF.* feriun-
 do signasse dicuntur, probante *Arnif. de Jure Maj. l. 2. c. 7. n. 4.* sed
 translata omni potestate in Imperatorem, etiam jus Monetæ plenissimè
 in eum transiit, arg. l. 1. ff. de Constit. Princ. Nostro ævo non solus Im-
 perator, ut olim, teste *Schwaben-Spiegel/ c. 12. n. 4.* alle Zölle und
 Münzen/ die seynd eines Röm. Kayfers &c. sed cum Electoribus, Prin-
 cipibus, & Imperii Statibus communicatum habet Jus cudendi Mone-
 tam,

tam, ita quidem, ut sine Electorum consensu nulli amplius illud concedere queat, ne per promiscuam monetæ cudendæ potestatem Reipublicæ damnum inferatur. Hinc *Capitulationi Rudolph. II.* primum insertum legitur: daß hinfürö der Kayser / ohne Vorwissen der Churfürsten / niemand / weß Stands oder Wesen der sey / mit Münz-Freyheit begaben oder begnadigen solle. Hocq; postea repetitum fuit in *Capitul. Matthiæ, art. 34. Ferdinandi II. art. 33. Ferd. III. art. 37. Ferdin. IV. art. 35. Leopoldi, art. 34. § 35. & hic art. 32.* Proinde immediati, qui hoc jure nondum fruuntur, ac multo magis mediati, Imperii illud aliâ ratione nancisci nequeunt. vid. *Capit. Leopoldin. art. 35. in fine.* atque hæc nostra *Josephiæ, art. 33. in fin.* in verbis: *Massen wir dann auch ic.* Cæteroquin reperiuntur Civitates quædam municipales, quæ hoc jure gaudent, veluti: *Halberstadt / Hannover / Oßnabrugg / Hildesheim / Braunschweig / Klostock / ic.* vid. *Schwed. part. spec. sect. 1. c. 22.* Electores non tantum cudunt monetam argenteam, teste *Freher. de re monet. l. 2. c. 3.* sed etiam auream, *Limn. tom. I. addit. ad l. 4. J. P. c. 3. n. 32. Goldgulden / arg. A. B. c. 10. p. 1.* quod non omnibus Statibus Imperii indistinctè permissum est. Denique, ut corruptus modernæ Monetæ status, per varias, hanc in rem institutas consultationes, salutari, uniformi & constanti remedio tollatur, seriò exoptamus.

CONSIDERATIO XIX.

Quia *Articulus XXXIII.* iterum cum *Leopoldina* concordat, eum præterimus, oculos nostros ad *XXXIV.* vertendo, in quo, circa ordinem Postarum publicarum, sequentia adjecta reperiuntur: *So wollen wir mit Beobachtung dessen keines wegs gestatten / daß Churfürsten / Fürsten und Ständen in ihren Landen und Gebiethen / wo dergleichen Kayserl. Postämpter vorhanden / und hergebracht / solche Personen / welche keine Reichs-Untertanen seynd / und deren Treu man nicht versichert ist / angesetzt / oder dieselbe / ausserhalb der Personal-Befreyung / von dem Beitrag gemeiner Real-Beschwerden eximirt und befreyet werden: Nicht weniiger wollen wir den General-Erb-Reichs-Postmeister dahin halten / daß er seine Posten mit aller Nothdurfft*

durfft wol verseehe / die getreue und richtige Brief-Bestel-
lung / gegen billiges Postgeld / so in allen Posthäusern / zu je-
dermans guter Nachricht / in offenen Druck beständig ange-
schlagen seyn solle / ohnverweißlich befördere / und also zu
keiner fernern Klag und Einsehen Ursach gebe.

Totus hic paragraphus IV. includitur membris : quorum (1) Mu-
nera Postarum Imperialium non extraneis sed subditis Imperii defert :
(2) Postarum Magistros à personalibus saltem, non verò realibus one-
ribus exemptos esse vult : (3) Postas Imperiales ita constitui debere ca-
vet, ut necessitas atque utilitas publica exigit; *Instr. Pac. art. II.* jubet,
ut immoderata postarum, omniaque alia inusitata onera & impedimen-
ta, quibus commerciorum & navigationis usus deterior redditur, peni-
tùs tollantur : (4) Taxam literarum non nimiam & arbitrariam, sed
æquam & moderatam publicè constituendam esse vult. Quare de que-
relis circa hanc rem vid. *Fritsch. Elect. Jur. Publ. c. de jure Post. p. 1. §.*
p. 4. c. ult. Postæ vocabulum, ab Hispanis, Italis & Gallis reliquo orbi
communicatum, non eandem cum cursu publico significationem susti-
net: nec enim posta hodiè facillè dicitur, nisi quæ in cursione celeriori
consistit, ac stata dierum atque horarum tempora, certaue postarum
loca observat, quæ de cursu publico dici nequeunt, ut demonstrat *Dn.*
Zigler. de jure Maj. l. 2. c. 18. §. 1. §. seq. ubi plura de hoc cursu pu-
blico proponit. Ut verò de *Inventoribus* postarum, & qua occasione
institutæ fuerint, prolixius disquiramus, necessarium haud erit. Do-
cuit enim communis necessitas, quanta inde in Rempublicam emolu-
menta redundent. Quare earundem causa & fons summa potestas sive
Majestas omninò constituenda est, quia, quæ ad publicam utilitatem
& statum pertinent, illius propria quasi sunt. Meritò proinde inter
Reservata Imperatoris refertur in Mandato Imper. *Matthie, sub dato*
Prag. de anno 1616. emiss. R. I. de anno 1522. Norimb. habito. §. item ist.
bedacht. 5. Spire, de anno 1541. §. Und damit man auch jederzeit. 45.
quamvis & Statibus Imperii concessum sit : Ut adeò Postæ in Impe-
rio dividantur in *Generales* sive *Universales*, *Reichs-Posten* / & *Specia-*
les sive *Provinciales*, *Land-Posten* / *Stadt-Posten* / *Neben-Posten*
und *Boten*. *Hornigk. l. 2. de jure Post. c. 29. th. 1. p. 297. §. seq. Rein-*
king. de R. S. §. Eccles. l. 2. cl. 5. c. 6. n. 137. Universalium institutio,
durchgängige *General-Reichs-Posten* zubestellen / pertinet ad Impera-
torem, qui proinde supremum Postarum Magistrum, *General-Erb-*
Reichs-

Reichs-Postmeister constituendi, eaque, quæ ad postas hasce genera-
les spectant, ordinandi potestatem habet: hic suos substitutos, Post-
meister/ constituit, quos certo salario conducit. *Provinciales* autem
Postas quilibet Status Imperii in suo territorio constituere potest, vi Su-
perioritatis territorialis. *Fritsch. p. 2. Elect. J. P. c. 2. num. 4. Schweder.*
part. spec. sect. 1. c. 18. R. I. de anno 1542. §. Und damit man. 4. Capi-
tul. Leopold. art. 35. Mev. p. r. Dec. 101. §. 174. n. 8. Theatr. Europ. ad
annum 1658. utut contrariam probet sententiam Lampad. p. 3. c. 13.
§. 5. c. 16. §. 1. hanc propugnans regulam: Quæ lege Imperii Ordinibus
§. Statibus non apparent tributa, competunt soli Imperatori. Pro-
tektor postarum generalium est Elector Moguntinus, ut Imperii Archi-
Cancellarius, Hornigk. c. 6. th. 2. qui totus in eo esse debet, ut iis sua con-
serventur privilegia. Gaudent enim perquam multis eximiis, quæ inter
alia sunt: (1) Omnia postarum officia & stativa cursoria contra vim
externam specialiter munita esse, ac publica gaudere debent securitate:
propterea cursores condecorantur toga cursoria, & corniculo cursorio,
Posthörnlein. (2) Ipsis datur schedula cursoria, Ital. Bolletta dicta,
ex qua personæ certitudo colligitur: (3) Ab omnibus oneribus perso-
nalibus, ut hospitatione militari, excubiis & similibus immunes sunt,
vectigal nullum solvunt; neque in jus vocari queunt, tempore cursus;
ad oppidum, nocturno vel diurno tempore, nisi ubi locorum consuetu-
do huic obstet, reſeratis portis, venientibus liber, apertis istis, conce-
dendus est transitus, quamprimum corniculum suum inflant; quem in
finem porticulæ nocturnæ, ut der Einlaß Augustæ Vindelicorum, &
alibi, habentur.

CONSIDERATIO XX.

Rex Romanorum, *Articulo XXXV.* suæ Capitulatio-
nis, successioni & juri hæreditario, in Imperio, non solum
solenniter & disertis verbis renunciat, sed etiam Vicaria-
tus Imperii jura, wie sie von alters hero auf die Vicarios
kommen/ und dem Instrumento Pacis gemäß/ contra omnes
confirmat, & supremâ authoritate corroborat.

Vicarii in genere sunt, qui vicem alterius gerunt, *l. 4. §. legati. 4.*
l. 13. ff. de legation. l. un. C. ut omnes judic. Wesenbec. Parat. ad lit. C.
de offic. Vicar. vocanturque alias Locumtenentes, Stadthalter / oder
Ampts-Berweser/ quorum & in Jure Civili, & in Jure Canonico, nec

non Jure Publico moderno, passim fit mentio. In Jure Civili non solum Vicarii dicuntur, qui cujuscunque Magistratus vicem obtinent, sive mandatam exercent jurisdictionem, sive etiam à Principibus & Præfectis Prætorio constituuntur, ut vice mortuorum vel absentium judicent, per *l. 1. C. de Offic. ejus, qui vic.* Sc. qui posteriores tamen propriam consequuntur Jurisdictionem, eandemque habent auctoritatem, quam is, cujus locum tumentur. *Perez. ad C. tit. eod.* sed etiam in specie, qui ab Imperatoribus concessam habent jurisdictionem, atq; pro Præfecto Prætorio mittuntur in aliquam diœcesin, aliquot in se provincias continentem, de quibus *vid. t. t. C. de offic. Vic.* De Jure Canonico Vicarii Episcoporum occurrunt, quorum alii dicuntur *Nati*, Archidiaconi scil. & Archipresbyteri, quibus, cum officio Vicariatus, quasi in minoribus causis agnoscitur. *vid. c. 1. de offic. Archidiac.* alii *Dati*, hiq; rursus sunt vel *Foranei*, qui ab Episcopis, amplas diœceses habentibus, in certa earundem parte constituuntur, vel *Generales*, per quos præcipua Juris Episcopalis capita peragunt Episcopi, exceptis quibusdam, de quibus *vid. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 54.* Hinc Vicarii Generales non conferunt beneficia, ad solius Episcopi collationem spectantia. *text. & gloss. in c. ult. de offic. Vicar. in 6.* nisi ipsis specialiter collatio sit commissa. *Menoch. conf. 52. vol 1. per tot.* Appellantur alioquin etiam *Officiales*. Hinc *Barbos. cit. alleg. 54. n. 53.* testatur, stylum Curiae Romanæ, in expeditionibus ad Italiam, Hungariam, Dalmatiam & Partes Orientales uti verbo *Vicarii*; ultra montes Alpium, & in Germania, *Officialis* nomine. Qui plura de hoc Vicariatu Ecclesiæ desiderat, adeat *Maur. de Alzedo de Præcellent. Episc. Dignit. deq; Vic. Gen. Job. Narbon. de appell. à Vic. ad Episc. Fermosin. de offic. Vic. & Canonistas passim.* Sed linquamus horum aliorumq; Vicariorum officia: Progrediamur ad Vicarios in Jure Publico occurrentes, qui Imperio vacante constituuntur, & nihil aliud sunt, quam Provisores, juxta *A. B. tit. 5.* quos antiquus Germanicus textus vocat *Sürmünder* / i. e. Tutores, Imperii administrationem, tempore interregni, ad tenorem legis & privilegii, gerentes. Dividuntur vulgò in *Particulares* sive *Speciales*, quos recenset *Schweder. Introd. I. P. part. spec. sect. 1. c. 33. §. 2.* & *Universales*, qui ad universum Imperium nostrum, divisim partibus, vicariâ potestate, in interregno, ad administrandum legaliter constituti sunt: quales sunt Elector Saxoniae, & Palatinus, quibus Jus, ex antiqua consuetudine quæsitum, per *A. B.* confirmatum est, ut frustraneus sit conatus Pontificis, qui sibi hoc jus Provisionis arrogavit. Elector Saxoniae quiete suo jure gaudet; Sed Con-

tro-

troverfia de Vicariatu Palatini: Utrum ad Electoratum Rheni, an Bavariz Ducatum spectet; quæ jam ante inter *Freher. & Gewold.* agitata est anno 1614. & 1615. & seqq. post mortem Ferdinandi III. acerbius recruduit: Et Bavarus eum sibi, *arg. Instr. Pac. Osnabr. art. 4. §. & primo. 3.* ubi Bavarus Electoris Palatini Regalia, Officia, Præcedentiæ & Jura tribuuntur, vindicavit. Sed nondum hæc lis decisa est. Fundamenta utriusq; partis summam repetunt *Strauch. Diss. Exot. 3. §. 2. & seq. & Burgold. p. 1. disc. 26.* Cæteroquin omnia, quæ Imperator potest, possunt & Vicarii, exceptis quibusdam casibus, assentiente *Maurit. Diss. de Rec. Imp. n. 16. & ex eo, Auth. Octovir. c. 22. §. 17.* Quod verò excipiatur investitura Feudorum Regalium, ratio fortè illa est, quia in nullo ferè Reservato Cæsarum authoritas & externus splendor magis apparet & conservatur, quàm in Regali hæc investitura. *Bæcler. Not. J. l. 4. c. 1.* Hinc Vicarii feudum Imperio apertum aliis conferre nequeunt; quamvis Author des *Fürzen Berichts von des H. R. Reichs der Churfürstl. Pfalz zustehenden Vicariat*, exempla in contrarium afferat. Quibus modis finiatur Vicariatus hic Imperii, demonstrat *Schweder. cit. c. 33. §. ult.* Confer, cum aliis hujus materiæ Authoribus particularibus, *Dom. Arum. de Vicariat. Imp. Job. Volk. Bechmann Exerc. 5. in A. B. Just. Sinold. cogn. Schütz/ de Vicariis R. Imp. it. de Rege Rom. & Vic. Imp. Vol. 1. Diss. 5.*

CONSIDERATIO XXI.

Articulo XXXVI. Rex Romanorum Augustam Vindellicorum, loco Aquisgrani, ad Coronationis solennia, propter exitiale bellum Germano-Gallicum, in quo hostis in Imperii viscera inaudito exemplo sævit, elegit, in verbis: *In der Stadt Augspurg / wegen jeziger Kriegszeiten.*

Inauguratio, seu Coronatio, barbaris etiam populis usitata fuit: ita veteres Germani Reges suos, scuto impositos, in concione populi, additis faustis clamoribus, elevasse, testes sunt *Cluv. Antiq. German. l. 1. c. 46. Tacit. Hist. IV.* Quod olim pari ferè more penes Romanos obtinuit. *Herodian. Hist. l. 8.* Præcipuè Coronarum fit mentio in Jure nostro, & quidem in *l. 40. ff. de re jud. & l. 5. C. quæ res pign. oblig.* Coronæ sacræ recensentur, quæ athletis in certaminibus sacris præstabantur, & in *l. 19. §. perveniamus. 13. ff. de aur. & argent. leg.* Coronæ mensarum, quas convivis adhiberi solitas, ex Veterum testimoniis tritum est. *Coro-*
natio

natio verò in Imperio nostro est actus solennis, quo legitime electus, interveniente unctiōe, insignium traditione, & juramenti præstatione, ab illis, quibus hoc jus competit, inauguratur, & populo demonstratur, ut ejus authoritas tanto major reddatur apud subditos. *Petr. de Andlo, l. 2. c. 6.* Atque hæc Coronatio, non solum propter *Aureæ Bullæ dispositionem c. 28. §. fin.* & *Capitulationes Imperatorias, Caroli V.* in verbis: Wir wollen die Röm. Königl. Cron / wie Uns / als Röm. König / gebühret / empfangen: & post: Uns zum besten befließigen / die Kayserl. Cron auch in ziemlicher Gelegenheit zum schiersten zu erlangen. *It. Ferdinandi II. art. 37.* Wir sollen und wollen auch die Röm. Königliche Cron / wie Uns / als erwählten Röm. König / wol geziemet / empfangen / wenigers auch nicht Uns zu Empfahung der Kayserlichen Cron befördern &c. Sed etiam, ob promissionem, de accipienda Corona intervenientem, maximè necessaria est; licet nihil ad Imperatoris substantiam faciat. *Triples* quondam fuit Corona: *una* pro Rege Germaniæ, quam Imperator accipiebat Aquisgrani; *altera* pro Rege Longobardorum, qua ornabatur vel Mediolani, vel Modetiæ; *ultima* pro Rege Italiæ, quæ illi imponebatur Romæ à Pontifice. Quibus acceptis, ab antiquo in Canonicorum numerum Rex Romanorum & Imperator adscriptus est (1) Aquisgrani, (2) Colonia Agrippinæ, (3) Bambergæ, & (4) Romæ inter Canonicos S. Petri & S. Johannis. In Capitula priora hodiernum recipitur: Sed à temporibus, quibus Coronam Romanam neglexerunt Imperatores, nec Canonicatum in Italia feruntur facti fuisse participes. *vid. Dn. Rhet. Inst. I. P. l. 1. t. 4. §. 58.* De *Residentia* Regis Romanorum, vel Imperatoris, nihil in legibus Imperii fundamentalibus statutum esse reperimus: nisi quod in Civitatibus Imperii Aulas suas habuerint; sicuti adhuc ea Palatia, vel eorundem vestigia, videre licet Norimbergæ, Aquisgrani, Colonia, Treviris, Moguntia, Wormatiæ, Spiræ, Argentina, Augusta Vindelicorum, Ratisbonæ, Francofurti, & Ingelhemii. *Lehmann. in Chron. Spir. l. 2. c. 18. p. 90. §. l. 2. c. 13. q. 250.* Et inde est, quod in *A. B. c. 28. §. 5.* primam suam Curiam Norimbergæ celebrare injungatur Regi Romanorum. Postmodum in patrimonialibus suis territoriis residere cœperunt Imperatores. Tandem Rex Noster Romanorum, in præsentis articulo, *locum Domicilii sui*, nisi urgens ratio eum aliorsum avocet, in finibus Germaniæ perpetuò constituturum promisit.

CON-

CONSIDERATIO XXII.

Articuli XXXVII. XXXVIII. & XXXIX. iterum cum iis, qui in Leopoldina continentur, concordant; nisi quod *Articulo XXXVIII.* verba: Soll auch dem Herzoge von Modena &c. omiffa fint. Ne itaque fines propofiti nostri transgrediamur, Nos convertimus ad *XL. Articulum*, qui de constitutione æquè ac confervatione Judiciï Imperialis Aulici per totum agit, & inter cætera observandum addit: Was auch hierinnfalls der Religion halber *in Instrument. Pac. art. 5. §. ac proinde 54.* versehen / in Obacht zu nehmen. In fine autem fequentia annectit: Und sie sovol/ als der Ständen Agenten/ von der Land- und andern Gerichten und Beampten Jurisdiction / auch soviel die Obsignation / Sperzung / Inventirung / Edition der Testamenten / Versorgung der Kinder und dergleichen betrifft / sveniger nicht von allen Personal-Oneribus allerdingß befrenet seyn/ auch diejenige/ so sich anderstwohin begeben wolten / keines wegs aufgehalten / sondern frey / sicher und ohn- gehindert/ auch ohne Abzug/und andern Entgelt/ oder Vor- enthalt ihrer Güter/fortgelassen/und ihnen zu dem Ende/auf Begehren/ gehörige Paß-Briefe ertheilt werden sollen.

In *Articulo* verò *5. §. 54. J. P.* sequentia proponuntur: *Causæ Ecclesiasticæ, ut & Politicæ, inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, vel etiam, quando Catholicis, contra Catholicos Status litigantibus, tertius interveniens Augustanæ Confessionis Status erit, & vicissim, quando Augustanæ Confessionis Status, contra ejusdem Confessionis Status litigantibus, tertius interveniens erit Catholicus, allectis ex utraq; Religione pari numero Assessoribus, discutiantur & judicentur: sed idem etiam in Judicio Aulico observetur, huicq; fini aliquot Augustanæ Confessionis doctos & rerum Imperii peritos viros, ex iis Imperii Circulis, ubi vel sola Augustana Confessio, vel simul etiam Catholica viget religio, adsciscat, eo quidem numero, ut eveniente casu paritas judicantium ex utraq; religione Assessorum observari possit. Excelsissimum Judicium Aulicum, quod in Capit. Leopold. art. 18. Kayserlicher*

licher Reichs-Hof-Rath / Ihrer Majestät höchstes Gericht / appella-
 tur, differt à Dicasterio, cujus fit mentio in *Rec. Imp. de anno 1512. §. Item*
haben uns *ic. 5. §. seqq.* atque denotat Imperatoris Consilium sanctius,
 des Kayfers geheimen Rath. Judicium Aulicum Imperiale, der
 Reichs-Hof-Rath / gaudet jurisdictione; Consilium verò sanctius Im-
 peratoris, der Kayserliche geheime Rath / nullam habet, & tractat tan-
 tum causas Status ipsius Imperatoris, non Imperii. Idcirco Consilarii
 istius Judicii soli Imperatori juramentò se obstringunt, nec Imperator
 vult, ut causæ ad Aulicum Judicium pertinentes ibi tractentur, vel hoc
 Collegium negotiis istis se immisceat, per *art. 42. Capit. Leopold. unsere*
geheimbde Raths-Collegien. Cæteroquin, de Judicio hoc secretiori,
 & quomodo olim causæ, in illud remissæ, fuerint tractatæ, vid. *Limn.*
in not. ad Capit. Matth. art. 40. Reinking. l. 1. cl. 4. c. 19. n. 50. §. seqq.
 Aulicum porro ex Romano-Catholicis & Protestantium Religioni ad-
 dictis Assessoribus consistit: hoc solum è Catholicis constituitur. vid.
 Reichs-Hof-Raths Ordnung / *tit. 1. verb. Unser Kayserl. Reichs-*
Hof-Rath / dessen vbristes Haupt und Richter allein Wir *ic. Originem*
Judicii Aulici Franc. Tren. ad Burgold. p. 2. disc. 20. ab anno 1512.
atleog; ab Imp. Maximiliano I. accersit, per R. I. de anno 1512. §. Item,
haben uns. 5. Dn. Bæcler. in Not. S. R. I. l. 13. c. 4. ad Ferdinandum I.
Imp. refert, cui adscribitur nova illa Ordinatio, quam Lehmann. in Act.
Publ. de Pace Religion. l. 1. c. 37. recenset, quave instruitur, ut vide-
re licet ex Ferdinandi III. Ordinatione Judicii Casareo-Imperialis Au-
lici, in præfatione: Insonderheit aber Unser geehrter und lieber Ur-
Anherr / Kayser Ferdinand der Erste / Christfeeligster Gedächtnuß /
aus ebenmäßigen Gedancken / Seine Majestät und Liebde obenge-
meldten Kayserl. Reichs-Hof-Rath auch ins künfftig mit einer ver-
mehrten Instruction versehen / ic. Sed circa utramq; sententiam quid
monendum sit, refert Schweder. part. spec. sect. 1. c. 12. §. 2. Sufficiat
nobis, quod, teste Mauriti. in Diss. de hoc Jud. Judicium Aulicum sit
Collegium Judicis & Assessorum in Aula Casarea, de causis Imperii jus
dicentium. Supremum ejusdem caput est Imperator: Præses verò ali-
quis è Principum, Comitum, aut Baronum Imperii Ordine. Assesores
vel sunt Equestris Ordinis, vel Literati. Illi sedent ad latus dextrum,
auf der Herren- oder Ritter-Banck / & sunt vel Principes, vel Comites,
vel Barones. R. H. D. t. 1. pr. Capit. Leopold. art. 41. Hi ad sinistrum,
auf der Gelährten Banck / R. H. D. t. 1. §. Die Session der Reichs-Hof-
Rath belangend ic. 10. Nec opus est, aliquem necessario Doctoris ti-
 tulo

tulo præditum esse, modò aliàs sit probatæ eruditionis vir, & ad minimum Licentiatus. Siquidem *l. c. in der N. H. Ord.* reperitur tantum vox *Gratuirte*, quâ & Licentiati intelliguntur. Olim erant omnes Catholicæ Religionis, sed per *Instr. Pac. Cæs. Suec. art. 5. §. 20. vers. in Jud. Aul.* constitutum est, aliquot Aug. Confessionis doctos & rerum Imperii peritos in numerum Assessorum assumendos esse, ut, casu eveniente, similiter inter Imperii Status diversæ religionis, paritas judicantium ex utraque religione observari possit. *Ord. J. Aul. t. 1. §. Wir wollen. 3.* Et quamvis eodem numero non sint, pares tamen aliis finguntur, ita ut, si Catholici hoc, & Aug. Confessionis addicti probaverint diversum, sive contrarium, pro eo habeatur, ac si utrinq; vota essent paria, etiamsi plures sint Catholici: hinc fit, quod si horum quis voto suo transeat ad Augustanæ Confessionis deditos, eorum sententia prævaleat, versaque vice Catholicorum: discrepant enim numero, conveniunt ratione valoris votorum. *Fritsch. addit. ad Limn. l. 9. c. 4. n. 5.* Omnes autem Assessores à solo dependent Imperatore, & soli ipsi juramento adstringuntur, ab eoque solo salaria accipiunt. *Capit. Leopold. art. 41. So wol aus der Hof-Cammer / als denen bey dem Reich eingehenden Mitteln. Maurit. Dissert. de Jud. Aul. §. 6. contra Wehner. in. Obs. voc. Hof. Knipschild. Burgold. ad J. P. & Rhet. p. 568.* *Locus* Judicii Aulici nec olim certus erat, nec hodiè est, sed semper sequitur Aulam Imperatoris, *N. H. D. tit. 1. §. Alle diese W. 4.* In arbitrio Cæsaris tamen est, an Senatam hunc Cæsareo-Imperialem Aulicum secum ducere velit, an in alio loco relinquere, utut omnes citationes ad *Aulam Imperatoris* fiant. *Ordinationum* hujus Dicasterii tres occurrunt: (1) Ferdinandi I. *an. 1549.* (2) Matthiæ, *an. 1614. revisa an. 1615.* (3) Ferdinandi III. *an. 1654.* In *causis Status*, wann man von Staats-Sachen handelt, primum votum competit scamno Equestri, cujus Assessores juxta ordinem sententiam dicunt; quod si causæ ad justitiam spectantes occurrant, primum votum competit scamno Literatorum, cujus membra itidem juxta seriem vota dant: neuter tamen ordo solus sententiam dicit, sed uterque de utraque suffragio suo concurrat. De *Visitatione* hujus Judicii Aulici, ut & pluribus aliis, quæ in eo mutata sunt, vid. *J. P. art. 5. §. 20.* Ratione *Causarum* Judicium hoc non solum concurrentem habet cum Camera Imperii jurisdictionem, sed etiam de aliis causis judicat, in quibus nulla est Camerae jurisdictionis: quales sunt causæ feudales, regia feuda concernentes, causæ Italicae, confirmationes privilegiorum, veniæ ætatis concessio, restitutio

tutio famæ, causæ criminales Statuum Imperii, de quibus vid. N. S. Ord. tit. 2. in pr. & Mauriti. de Jud. Aul. th. 14. Confer Iffenbach. de Jud. Imp. Aul. & Joh. Andr. Gerhard. de Jud. Aul. & Camer. Ultimum, quod in hoc Articulo additum reperitur, quondam inter Judicium Aulicum & Imperatoris Mareschallum, maximè controversum fuit. Hic enim sibi jus obfignandi & Inventaria conficiendi, si persona ad Judicium hoc spectans mortua sit, attribuere voluit. Sed hac lege publica lis omnis dirempta est.

CONSIDERATIO XXIII.

Articulo XLI. promittit Regia Majestas, se nullatenus impedituram, daß der Reichs-Hof Rath durch den Churfürsten zu Mannz/ nach Besag des Frieden-Schluß/ visitirt werde. Reliqua verba hujus Articuli omninò conveniunt cum Capitulationis Leopoldinæ *Articulo XLIV.*

Visitationes instituuntur, vel ob Ecclesiarum, vel etiam ob Judiciorum statum. *Priores* dicuntur *Ecclesiasticæ*, & ob id potissimum peraguntur, ut non in personas tantum, earumq; mores & doctrinam, sed etiam in rerum Ecclesiasticarum conditionem ex officio inquiratur, omnia juxta præscriptas regulas emendentur & constituentur, de ambiguis verò ad Episcopum (apud nos ad Consistorium Ecclesiasticum) referatur, & ab eo, vel Synodo, decisio expectetur. De quibus *Visitationibus*, earum diversitate, & sumtibus, qui *Procuratoris* nomine veniunt, vid. plura apud Joh. Franc. Pavin. in Bacul. Pastor. sive Tract. de *Visitat.* Paul. Fusc. de *Visit.* & Regim. Eccles. Dn. Fritsch. de Jur. *Visit. Eccles.* & Dn. D. Vinc. de Jur. *Episc.* c. 10. n. 77. & seq. *Posteriores* in Imperio nostro institui solent, ut defectus, vitia & corruptelæ judiciorum cognoscantur, corrigantur, tollantur, sicque eorundem vigor incorruptus conservetur, Magistratum vero ac Officialium avaritiæ ac improbitati frenum injiciatur, denique in negligentes animadvertatur. *Fritsch. tr. de Visit. Provinc.* Hucque pertinet *Visitatio* Camerae, quæ alioquin *Generalis* appellatur, ejusq; *Cancellariæ*, quæ *Specialis* dici solet. *Conc. renov. Ord. Cam. p. 1. t. 39. §. pen.* Hæc posterior est personarum *Cancellariæ*, circa ipsarum defectus ac vitia, investigatio, & correctio, competens Moguntino Electori. *Generalis* est defectuum vitiorumq; tum personarum, tum processus in Camera, investigatio, correctio, & suppletio. Estque vel *Ordinaria*, quæ peragitur ab illis Statibus,

tibus, quos ordo, inter se communi consensu receptus, visitandi Camere Imperialem, juxta modum in Constitutionibus Imperii præscriptum, tangit: vel *Extraordinaria*, quam perficiunt illi Status, quos cæteroquin ille ordo non attingit. *Jac. Blum. Proc. Cam. t. 24. n. 2. § 3. Memorialia* Visitationum sunt designationes, certa puncta personis in obitione sui muneris à visitatoribus separatim præscribentes, nominanturq; aliàs *Verzeichnussen/ Articuli, Puncta*, interdum quoq; *Decreta. Blum. d. tr. t. 2. n. 10. § seqq.*

CONSIDERATIO XXIV.

Articulus XLII. in Capitulatione Leopoldina est *XLIII.* & cum illo omninò conformis apparet, sed *Articulo XLIII.* qui de expeditione Titulorum Nobilitatis, Palatinatus, Consiliariatus, aliorumque Privilegiorum & Gratiarum Cæsarearum, in Cancellaria Imperiali peragenda, conceptus est, hæc addita reperiuntur: Da hingegen auch diejenige Diplomata, welche Wir/ als Erz-Herzoge zu Oesterreich/ krafft deren bey Unserm Erz-Haus hergebrachten Privilegien/ wegen Stands-Erhöhung und sonst ertheilen werden/ (die Wir doch nicht nomine Cæsareo, sondern Archiducali ausfertigen lassen wollen) in Unserer Reichs-Canzlen/ auch sonst allenthalben im Reich/ auf deren vorgangene gebührende Intimation/ ohn einigen Entgelt angenommen/ und erkannt werden sollen. Und wollen Wir/ wie diese und übrige bisherige Trungen zwischen beyden Unsern Reichs- und Oesterreichischen Hof-Canzleyen abgethan und eingerichtet werden sollen/ Uns mit Unserm lieben Neven/ des Chur-Fürsten zu Mannz Liebden/ noch weiters verstehen und vergleichen. Circa finem verò hujus Articuli spondet Regia Majestas, se nemini vel dignitatem & titulum, vel insignia, in antiquæ alicujus familiæ præjudicium, collaturam esse: Damit nicht hierinnen die geringere Stände mit dem Höhern parificirt würden.

Hic quidem, priusquam Privilegia Archiducibus Austriae concessa proponamus, pauca de concessione *Nobilitatis & Palatinatus* dicenda essent: Ast sufficiat monuisse, *Nobiles*, à noscendo ita dictos, in Imperio nostro ab Imperatore & Rege Romanorum, nec non, vacante Imperio, ab Imperii Vicariis noviter constitui ac creari, ut & ab illis, qui speciale nobilitandi privilegium habent, ad hoc, ut in toto Imperio pro nobilibus habeantur; quamvis etiam omnibus Electoribus & Statibus Imperii jus nobilitandi hoc modo concedant DD. Juris Publ. ut taliter scil. creati in suis territoriis pro nobilibus habeantur. vid. *Rhet. Inst. I P. l. 1. t. 19. § 3.* Constituti autem & creati nobilitatem etiam ad posteros transmittunt, modò à patre nobili sint nati, licet mater ex tali familia oriunda non sit, per *l. 8. ff. de Senat.* Attamen usu receptum est, ut ad Torneamenta non admittantur, qui ab utroq; latere avos suos nobiles probare nequeunt. *Rhet. cit. loc.* Sunt autem *Nobiles* in Imperio nostro alii *Mediati*, qui in territorio alicujus Status lares suos habent, & de ejus imperio sunt; alii *Immediati*, qui nulli alii subsunt, nisi Imperio. Et quamvis aliquando etiam in territoriis Electorum & Statuum Imperii bona habeant, id tamen immedietati eorum non derogat, ut refertur in *art. 5. I. P. Osnabr. §. 28.* Per *Comites Palatinos* non Principes Imperii, de regione quæ *Palatinatus Pfalzgraffschafft* dicitur, investitos, sed des *Heil. Röm. Reichs Hoff-Graffen* intelligimus, qui aliàs *Sacri Lateranensis Palatii, Auleq;* vel etiam *Curie Cesaree, & Imperialis Consistorii Comites* vocantur. *Limn. l. 4. I. P. c. 4. n. 40.* Comitivam hanc suo & proprio jure solus Imperator confert; undè inter Imperatoria Reservata hoc jus refertur. *Arum. Disc. Acad. de I. P. c. 9. Vol. V.* Jus quale & quantum cum dignitate simul concedatur, ex tenore Diplomatis cujusq; cognoscendum est: nam unius plura, alterius pauciora continet privilegia; hinc etiam Comitivæ à se invicem distinguuntur. De quibus omnibus tamen vid. *Thom. Sagittarii Disp. de jurib. & privil. Com. Palat. Cas.* apud *Fritsch. Vol. II. Exerc. I. P. 13.* *Georg. Mund. de Com. Palat. Cas. Pet. Pithæus. de Com. Palat. tam Germaniæ, quam Gallie.* Privilegia Archiducum Austriacorum peculiari Tractatu explicavit *Thom. Hasselbach* allegatus à *Cuspiniano* in vita *Friderici Barbarossæ Imp.* Horum sequentia sunt: (1) Daß sie in Reichs-Versammlungen/ als Pfalz Erb-Herzoge sollen gehalten werden/ und im Sitz und Gang zu der rechten Seiten des Reichs die erste Stelle nach denen Churfürsten behalten. Hinc ad instar Electorum Regibus se æquiparant, Mitram suam Archi-Ducalem Regio Diadema-

te ornantes. vid. *Privil. Caroli V. Austriacis, anno 1522. datum ap. Goldast. p. 2. der Reichs-Satzungen. art. 7. p. 194.* Nec quenquam Regum, Cæsare excepto, Majestatis titulo afficiunt. *Limn. I. P. l. 5. c. 2. n. 28.* In Comitibus verò non inter cæteros Duces in scamno Seculari, sed Ecclesiastico primum locum obtinent, ita quidem, ut cum Archi-Episcopo Salisburgensi alternent, adeòq; cæteros Archi-Episcopos, non Electores, præcedant. *Reinking. de R. S. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 10. n. 4.* quod propterea factum esse censet, cum allegatis, *Gastel. de Statu Publ. Europ. c. 10. n. 4.* quod, acquisitâ Archiducali dignitate, reliquis quidem Ducibus primum locum præripere, ipsis tamen cedere noluerint, adeòq; , cautelæ instar, primum locum in scamno Principum Ecclesiasticorum occupaverint, & hucusq; obtinuerint. Quæ verò prærogativa ipsorum Oratoribus & Legatis tribuatur, si Principes in persona præsentés adsint, docent *Jac. Andr. Crus. tr. de Præemin. Sess. Præced. & Univ. jure Proëdr. l. 4. c. 6. num. 9. Limn. tom. 2. add. ad lib. 4. c. 9. n. 55. p. 325.* (2) Quod Austriae Archi-Duces ab omnibus Imperii oneribus immunes sint; utut Imperium ipsis tutelam præstare debeat. (3) Quod gaudeant jure de non appellando. (4) Quod, quæ statuerint aut gesserint in sua ditione, revocationi Cæsareæ non sint subjecta: Nec (5) subditi eorum ad extranea trahi ac evocari possint judicia: es sey dann gar kündlich und ohne alle Gefährden wissentlich/ daß der Kläger in der eben genannten Herzogen Gericht rechtloß gelassen sey/ und Rechtens nicht bekommen möge. (6) Quod non teneantur investituram petere extra suas ditiones, sed intra easdem, more solito, capite tecto, insidentes equo, eam accipere queant, nec quicquam pro illa solvere obstructi sint. (7) Quod ditiones eorum, deficientibus masculis, ad fœminas devolvantur, aut, si ne fœminæ quidem supersint, liceat ultimo possessori eas transferre, & alienare, pro placito. (8) Quod liceat ipsis citra periculum receptare banno notatum, ita tamen, ut actori requirenti justitiam administrari curent. (9) Quod ad Comitiam comparere possint, si velint; si nolint, non teneantur. (10) Quod in ditionibus suis Comites, Barones, Nobiles creare valeant: Et plura alia vid. ap. *Limn. d. l. 5. c. 2. n. 30. seqq.* nec non in *add.*, atq; *Gerb. de Roo Annal. Austr.* Ad ultimum hujus Articuli additamentum unicum hoc annotare expedit, quod æquissimum sit, inter illustres familias, ac novas, ratione tituli, dignitatis & prærogativæ, aliquod esse discrimen: Quod tamen hæctenus à multis neglectum fuit, dum inferiores conditione & statu superioribus pares esse voluerunt.

CON-

CONSIDERATIO XXV.

Articuli XLIV. XLV. & XLVI. iidem sunt, qui in Capitulatione Leopoldina *Articuli XLV. XLVI. & XLVII.* sed *XLVII.* totus noviter adiectus est, atque sequentia continet: Wir sollen und wollen Uns auch zu keiner Regierung oder Administration im Heil. Röm. Reich/ so lang Ihre Kayserl. Majestät im Leben/ oder nach dero Tod/ (welchen Gott lange verhüten wolle) zu Præjudiz der Reichs-Vicarien/ welche immittels die Reichs-Administration führen/ die Expedition aber in Unserm Namen verfügen sollen/ unterziehen/ bis Wir das achtzehende Jahr Unsers Alters erreicht und angefangen haben/ alsdann Wir Uns durch einen Revers gegen die Chur-Fürsten/ nach Inhalt Unsers nach der Wahl gethanen Ends/ anders nicht/ als wann Wir denselben von neuem wiederum abgeschworen hätten/ zu Besthaltung dieser Capitulation nochmals verbinden/ und die Regierung ehender anzutretten nicht befugt seyn sollen noch wollen.

Ferdinandus IV. Romanorum Rex, in Capitulatione sua, eodem Articulo ita se obstrinxit: *Ihro Kayserl. Majestät die Zeit ihres Lebens an ihrer Hoheit und Würde des Kayserthums keine Irrung noch Eintrag zu thun.* Licet Electorum ætas in A. B. tit. 7. determinata reperitur; ea tamen nihil certi de eligendi Imperatoris ætate statuit. Et quamvis in veteri Francorum Regno ante 24. ætatis annum nemo in Regem, ex eorum lege, promoveri potuerit: attamen in Imperio nostro bene multos minoris ætatis Imperatores electos novimus; quod exempla sat clarè illustrant. Carolus V. enim anno ætatis 19. Ferdinandus IV. 20. ætatis anno, ad Imperii Regimen pervenere. Iudicio proinde Electoralis Collegii hoc negotium relinquendum est. Et quamvis *Limn. de I. P. l. 3. c. 7. n. 59. & Schüz de I. P. Vol. 1. Disp. 7. th. 6.* novum Electorem, ad dignitatem Electoralem capeffendam, ante 18. ætatis annum completum, juxta prædictam A. B. dispositionem, planè inhabilem esse, censeant: dispensasse tamen Collegium Electorale cum Electore præsentate Coloniensi, notum omnibus est. *Electio* denique, quæ adhuc vi-
vente

vente Imperatore, in solatium Imperii, ex justa causa peragitur, qualis hæc ipsa fuit, *extraordinaria* non incongruè dicitur; sicut & *Literæ Reversales*, quas in hac Capitulatione Josephus Rex Electoribus, post Parentis mortem, promisit, planè singularem casum constituunt, & majoris cautionis ergò inventæ esse videntur. Occasione hujus *Articuli*, plura quidem *de Juramentis* in genere cumulari possent: sed sufficiat demonstrasse, licet infantes & infantiaè proximi, ob defectum iudicii, jurare prohibeantur, id neutiquam tamen ad pubertati proximos esse extendendum, per *l. 26. pr. ff. de jurejur. §. c. 1. & de delict. puer.* Ipsi quidem invitè ad juramentum compelli nequeunt, *l. 34. §. 2. ff. de jurejur. c. parvuli. 14. §. seqq. caus. 22. q. 5.* Unde pupillis hæctenus juramentum deferri haud potest, ut jurare aut juramentum referre cogantur, prout *d. l. 34. explicant Accurs. & Setser. de Juram. l. 4. c. 3. n. 5.* volentes tamen si jusjurandum susceperint pupilli pubertati proximi, quàm maximè obligantur, sunt enim in ea constituti ætate, in qua doli capaces esse dicuntur, atq; quoad præstationem juramenti, cum puberibus in eadem causa habentur. *Setser. l. 1. c. 10. n. 6. §. seq.* Sic pacem à pupillo pubertati proximo juramento firmari posse etiam sine tutore, ita quidem, ut juramentum hoc casu suppleat defectum auctoritatis tutoris, infinitis DD. assertis confirmat *Prosper. Farinac. l. 1. q. 15. n. 21. §. seq. confer Seraphin. de privil. juram. priv. 83. ibiq; Bened. in add. Carpz. l. 2. Resp. 62. n. 3. seq. Franzk. l. 2. Resol. 5. n. 70. Setser. d. l. & Lauterbach. in Tr. Synopt. de Juram. th. 7.* Hinc non solum sequitur, quod multò magis minores, qui pubertatem excesserunt, & nondum annum ætatis 15. compleverunt, etiam quoad effectus juridicos, jurare possint, per *l. 1. Auth. sacramenta. C. si adversus vendit.* sed etiam, quod Juramentum, à Nostro Josepho, Rege Romanorum Gloriosissimo, præstitum, omni jure licitum sit, ipsumque obliget.

CONSIDERATIO XXVI.

Sequitur tandem Epilogus, ubi hæc nova adjecta reperiuntur verba: Dessen zu wahrer Urkund / auch / wegen Unsers geringen Alters / zu mehrer Bevestigung / haben Ihre Kaiserl. Majestät / auf Unser und gesamter Chur-Fürsten gehorsames Ersuchen / so dann Wir diesen Brief eigenhändig unterschrieben / und Unsere grosse Insiegel anhängen /
 F auch

auch deren sieben gleichförmige Exemplaria machen und fertigen lassen.

Sufficere quidem posset unicum *Autographum*, ad hoc, ut reponatur ad Acta Imperii, à Cancellario Germaniæ, Archi-Episcopo Moguntino; quia promissio fit Collegio, non singulis: Usu tamen invaluit, ut singulis Electoribus non exemplar, sed avthographum tradatur, solo Bohemo excepto, qui inter Electores seculares primus quidem est, verus ac legitimus, non minus quam cæteri, S. R. I. Elector existens, *A. B. t. 7. §. 2.* attamen, Electione Imperatoriâ exceptâ, cætera Imperii negotia, quibus reliqui Electores invigilant, etiam ipsa Capitulatio, ad eum attinere non videntur. Quare etiam nullis aliis Imperii Conventibus, quàm qui novi Imperatoris eligendi causa instituuntur, quicquid etiam olim fuerit, hodiè interest. *Schwed. Introd. J. P. part. spec. sect. 2. c. 5. §. 1.* Sigillum variis ex causis Instrumento addi potest: ideò consultum est, quem in finem ab unoquoq; additum sit, in Instrumento exprimere; aliàs, cum per se nihil loquatur, & incertus videatur testis, in dubio testimonii potius & authoritatis, quàm obligationis causa, accessisse præsumitur. *Coler. de Proc. Exerc. part. 3. c. 1. n. 26. Author. Actor. Lindav. p. 214.* Quare, sine subscriptione, Sigillum, etiam publicum, fidem non facit. *Molin. in Consuet. Paris. rubr. de feud. §. 8. n. 13 p. 177.* quia nihil per se loquitur, adeoque, tanquam mutum testimonium, sine subscriptione, vel æquipollente, pro nullo habetur. *Wesensb. conf. 12. n. 50. §. 51. Bald. ad l. 19. in fine. C. de furt. Bart. in proœm. ff. §. ad l. 22. §. si quis. 4. ff. qui testam. fac. poss. Gædd. ad l. 39. ff. de V. S. n. 3.* Subscribens verò censetur virtualiter omnia scripsisse, quæ subscripsit. *Jul. Clar. §. test. quest. 14. n. 1. §. ibid. add. Dauth. ad l. 21. §. ex imperfecto. 1. num. 28. C. de testam.* Hinc & scriptis subscribens consentire videtur, *l. emptor. 47. §. 1. ff. de pact. l. 8. §. non videtur. 14. ff. quibus mod. pign. solv. c. si quis. 6. §. de reb. Eccles. non alien. l. 9. §. 3. ff. de jure dot. l. 17. ibi: subscriptione. C. de fide instrum. maximè, si etiam sigillum accedat. Bart. in l. quæ dotis. n. 7. Decius in c. 2. n. 27. de fide instrum.* quia subscriptio fit ad confirmationem eorum, quæ in scriptura reperiuntur. *Joh. Andr. in add. ad Speculat. tit. de condit. apposit. super rubr. Regn. Sixtin. 2. Conf. Marp. 8. n. 12. Castrens. Conf. 116. n. 2.* ac, juxta hætenus dicta, totam scripturam representat. *Menoch. de arbitr. Judic. quest. cas. 94. n. 14.* unde subscriptio posteriori depositioni contrariæ, etiam juratæ, & judicialiter factæ, præfertur. *Capyc. Dec. Neapol. 192. n. pen.*

Suffi-

Sufficiant jam nunc hæ, occasione Additamentorum *Capitulatio-
nis Josephianæ* novorum, ad disputandum propositæ *Observationes*: quas
non, pro argumentorum dignitate, exactius, sed, pro modulo ingenii &
animi viribus, institutiq; ratione, brevius & succinctius in medium at-
tulimus; plura autem ut adjiciamus, temporis, quâ constringimur, an-
gustiâ hâc vice prohibemur.

Interim *Considerationes* has sequentibus *Bart. ad l. non solum. §.
§. morte. 6. n. 10. ff. de oper. nov. nunc. verbis*, cum DEO, finimus:

Si male dixero; Redarguar:

Si bene; DEUS laudetur!

PRæteriit nox atra poli, FINCK-
LERE, vicissim,
Aspera discutiens, lux peramœna
redit.

(Juris,
Incipit Officium, sequiturq; Licentia
Quam Venus excipiet, faustaqve
plura brevi.

Gaude forte Tua! Sic fors incerta
vagatur,
Permittente DEO, fertq; refertq;
vices.

*Nobilissimo DN. CANDIDATO, Inclutæ
Reipublicæ Norimbergensis Syndico, Amico
suo, ex animo gratulaturus
deprop.*

GEORGIVS REICHARDVS Sammer / D.
Sparta,

*S*parta, Venusq; TIBI Studiorum præmia
spondent:

Adprecor: En jungit summa brabea Themis!

Nobiliss. DN. FINCKLERO, Fautori suo,
hisce non solum de supremis Jurium Ho-
noribus, sed etiam de Functione Syndi-
catus amplissima, aliisq; connexis, ex ani-
mo gratulatur

HENRICVS Lind / D.

*C*um detur Studii summam contingere me-
tam;

Patris beati quò legis vestigia;
Promeriti ex animo Tituli TIBI grator Ho-
norem,

Et Patriæ ut diu supersis, adprecor.

Nobilissimo DN. DOCTORANDO, Illustris
Reip. Noricæ Syndico dignissimo, pau-
cula hæc, gratulabundus, m. mq;

adpos.

FELIX Spitz / D.



B. M. 1530.
h. 3, 9.

Lumi

DISSERT

X 1876077

GLORIOSISSI

JO

C A P I

NOV

C O N S


M A G N I

L

Summos in U

Pla
D. x x

Ludo




Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



! R
37
II R
1566
NOS TRI
II
ONI
IM
NES,
DINIS
s Honores
ni
CII.
kler,

